



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensi[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**


**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**



H.H.  
The Hague  
N  
1  
14



Urbachus 17  
Amicus 18  
Albertus 22  
Albo 48  
Alexander 29  
Albertus 19 51  
Alipius 29 53  
Albertus 19 54  
Albertus 29 54  
Adolphus 67  
Adolphus 67  
Arnoldus Horning 72

Baldwin 37  
Baldwin 39

D. Sigismund 12  
Dominicus 15  
Dudo 14

Eustorgius 19  
Eucharius 19  
Eugenius 18

in 1700  
Erasmus 37  
Eusebius 70  
Ezardus 81  
Eusebius 83

Aloisius 5  
Aloisius 31  
Aloisius 32  
Aman 34  
Anatolius 36  
Aulus 15  
Aldus 47

Saint Ulrich 17

Hesalus 123

Hilarius 63

Hilarius 24

Hilarius 44

Hilarius 52

Hilarius 34

Hugo 76

Hugo 55

Hugo 18

Iacob 52

Iacob 65

Iacob 66

Iacob 71

Vitale Banuero

73

Iacob 79

Iacob Hymenaeus

do

Iacob Horning Robertus

88

Humbecht 23  
Hadrianus 66  
Bonifacius 83  
Mathias 1  
Marcellus 67  
Antipolis 5  
Markus 5  
Mequinus 6  
Monulfus 16  
Nemus 2

Norbert 45

Peterus 17

Priamus 33

Quiriacus 15

Rufus 66

Rufus 57

Rufus 50

Rufus 25

Rufus 30

Rufus 38

Rufinus 42

Rufinus 42

Rufinus 42

Rufinus 42

lambeti triumphus huius  
Genesius 5 bene exo de ppe p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>o  
Exodus 8 vnde iuxto lxx p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>o v.  
Deuteronomio 14 quo p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>o dicitur  
Scriptura 35 secundum obsecra p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>o  
Thessalonia 21  
Apostolus 13  
Thessalonia 22 transire sed lambeti 30 p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>o  
Valentius 7 quia ois malis quadam est in  
versiculum 14 vita pot*er* connecti et permane*re*  
Valentius 33 beatitudine  
Vobis 40  
Vincit 42

romitatus lostans

69 71.7<sup>2</sup>

Sacri IESU Paderbornae  
donat 13 d. Sebastiani Scholten. a° 1598



CATA  
LOGVS OMNIVM ANTI  
stū Tungarorū, Traiectensiū, ac Leo-  
diorum, & rerum domi, belliq; gestarū  
Compendium, Per Ioannem Placentiū,  
Trudonensem, Dominicanum.



CHRONOGRAPHORVM  
quibus vſi ſumus, nomenclatura.

**D**ominus Harigerus abbas monasterij Lo-  
biensis, qui a Diuo Materno vſq; ad diuū  
Remaclum, ſuam produxit historiam  
Ancelmus preſbyter, a remaclo vſq; ad vafonē  
Egydius monachus aureæ vallis a Theoduino  
vſq; ad Robertum.  
Ioannes preſbyter, a Roberto vſq; ad Engelber-  
tum a Marca.

**C**Accesserunt vulgo reſepti authores:

Gregorius Turonensis  
Prosper  
Sigisbertus Monachus Gemblacensis  
Robertus abbas montis  
Robertus Gaguinus  
M. Antonius Sabellicus  
Ioannes Nauclerus  
**C**Exemplaria Latina & vernacula, maxime mo-  
nasterij diui Laurentij apud Leodium, quæ con-  
flauit partim Ioannes Stabulanus, partim D. ab-  
bas Ioannes Loffenfis

A. 5

ἢ οὐ τὸν τῶν ἐφόρων τοῦ πλακεντίου βίβλον,  
Ἔγγειλέ τε σένῳ λυστίτανός.

κενθανε ὡς βιβλίον μαίδαλμα πλακεντίου ἀυτῷ  
Οὐ κατὰ ἔθρες τὸ ιεροῦ σφοῦ γλυκὺ μοῦσον ὄρες Θ  
κένθανε ευθαῖμον, ἢ οἱ ερήμων βέλτιον ἀλλων  
τε χήρων γέ καλῶσ σὴν βιότουσ προσέφει  
μὴ μὲ ἄχησομεν φῆ ἐπὶ γυμνῇ σου γε γονῇ Θ  
· Ή τοσα θέλξαντ Θ ἄσματι, τῆπε θέλε  
Οὐ μὲ ἀναρρέτην λαγνοχρώζεν λογον, ἀνθουσ  
τοῦ μὲ χατᾶ λῆρον Θ, γυμνόν ἀλιθεστέρη

*H. ein i<sup>o</sup>ffensiv  
heraldisch.* IākωB Q ἀργούσινος

Florberg 70-2 Randolph Morris 70-1.

Fundort für Abgangs 57-1. Zeitpunkt 57.

Syrian 5942. *Scamandrus* *maculatus*. 67-8

S. Bonaventurae canonicos reformatae si-  
cannicis mercatorum non dominorum. quod  
intendit. ss.

**L**atine ijdem uerbus

Vade liber nostrilabor emendate Placentia  
 Quem nutrijt Sacro Musa diserta iugo  
 Vade, & pontificum fœlix, quæ uerius alter  
 Pulchrius aut nunq<sup>t</sup> contulit, acta doce  
 Nec tibi displiceas nudo sermone parentis  
 Quum soleat carmen comere. Sic uoluit  
 Non lasciva decent grauia, hoc mendacia grata  
 Sunt Lenocinio at seria: nuda placentia

**I**dem Latine

Acta Sacerdotum liber exhibet hic Leodorum  
 Quorum & auita adeo stemmata legitimata  
 Frater Ioannes quem prudentissimus ille  
 Scribebat Placitus religione nitens.

4

P. IOANNES PLACENTIVS,  
Candido Lectori. S. D.



Amet si minime omniū heic meloqui  
deceat, profilire in publicum, neq;  
quicq; reuereris eueritatē tot Curio-  
sorum, amice lector, haud difficile  
tamen fore arbitror, quin conniuens  
te te, hac parte ueniam nemo neget  
tantisper dum responsis, utinam tam luculentis q; ueris,  
emulam quorundam criminationē ante uortero. Id erit  
mihic rede, operae preciū audire, primo loco, maiori ro-  
bore animi, penitiori fiducia contentioneq;, uel rē aggre-  
di desperatissimam, fuisse ausum, q; hac tenus uisa sunt,  
non dico pertentare, sed ne attingere quidem nostrata in-  
genia. Cui enim cupido incessit aliquando in lūcē reuo-  
randi tam p̄æclara gesta tot illustrium Pontificū: tā p̄æ-  
ciosa exempla olim auspīcatæ religionis tractata tanta  
negocia successus splendido? Neq; enim alteram gentē ēst  
inuenire, quæ cum Leodiorum zelo, in utramuis partiū  
p̄æpropero, componi debeat: ita in optimis contendunt  
optime, in pessimis pessime. Quod palmæ genus, si in  
adamantio suo adnotarunt Orientales, quot non numeris  
mos gloriosos statuat? Vnde quasi perpetuum habemus,

4.

quoties sano Antistite freti, de re iusta cū hoste cōgressis fu-  
mus: partā uictoriā, alias aut euasissē neminē, aut magna  
ex parte fusos. Itaq; uidetur immortaliū deorum factum  
consilio, quatenus Episcopi, heic populo saperent: quod  
tametsi commune sit omnibus, sic tamen affect ē reipub.  
præsentiori opus esset politia. Neq; uero ob id, alijs me  
ridendum propinēt, q; singulis quibusq; suos Natales ad  
scribam, & quia nō uno loco, reges, duces, comites, prim  
cipes quoq; ac Phaleri, & nomina uana cariū, fabrica=  
re sim coactus, quēadmodū fere sunt Tuhigarorū reges,  
Comites Louani, Dūrassiani, & id genus alij atq; alij, a 2 - 3  
quibus hodie remoti sunt tituli, adde nonnunq; reclamati  
bus exēplaribus dignitatū uocabula imminuere, q; prius  
occurrebant, q; uere instituta fuerāt, qualia sunt pro Flā=  
drorum comitatu ponere custodiā, quae non erā facturus  
nisi Chronographorū astipulatione, omnino debuisse, 4  
Primus enim Carolus caluus, Batauorū siue hollādiæ co=  
mitē Theodoricū creauit: & Balduinū Audaqueri filiū  
ubi Iudith filiā suā rapuisset, de custode Flandriæ, Co=  
mitē instituit. Plerūq; enim ut ille ait, euenit, ut quæ peccat  
ta atq; iniurias facile ulcisci non possumus: eis alicuius di  
gnitatis ratione assumpta, ad gloriā perducamus. Hæc ni  
mirum causa est, quare tantopere magnates aliquot hāc  
quoq; operam & me flagitarint, ne sua diutius nobilitate

A iiii

orba foret, regia tam inclyta. Enim uero de præstantia,  
qua secundum Romanam sedem proxime cum Toletana  
decerat, libello in hoc edito, cui nomen est de nobilitate  
ecclesiæ Leodiensis, alijs tractauerunt. Nunc quod suspi-  
cantur isti in tanta administratorum uarietate, uix posse  
fieri, quin alicubi aut multis fœde aduler, aut rerum pe-  
riculo, ueritatis minus sim tenax, obsecrarim, ne prius ue-  
nuste triumphare se existiment, quam historiā bene om-  
nem explorauerint. Me profecto (testor deos) si non in  
omnibus (quod uerisimile est nec præstiturum Liuum si  
uiuat, aut Thucydidem, ita indecorum ut ilia sunt, ac secū  
pugnant exemplaria, tam latina quam uernacula) saltem bo-  
na fide, in ijs quibus autorum admotione, aut alioqui euī-  
dente ratione, suffragari licuit: ne latum unguem, quod  
sciam, excessisse, interea sic peregrina resecans: ut non  
nisi nostrauidear attigisse. Atq; obid, quis non paulo gra-  
tior, bene preccetur desyderio meo: quia tanta opera ac oleo  
totam propemodū perreptauit Gallogermania, nusq; non  
conuasans e Bibliothecis utilem supellecilem, Primum  
namq; in Academia Louaniensi Theosophia operam na-  
uans, huc animum induxi, ut Chronica colligerem ueri-  
us quam scriberem: anno nimirum ætatis meæ decimo no-  
no. Quæcum fateor, tumultuanter absoluerauam, ita ut est  
uidere, nunc uero comparatis singulis, et subinde adhi-

bit. et nomenclatura amplissiml Cardinalis Leodiensis, D.  
Erardi a Marca, Principis ut uere pacifici: ita hac nobis  
tempestate perq; necessarij. Huius, inquam, eximij in fa= 7  
miliam nostram, atq; patriam meritis, pro uirili respon=   
dens: nuda me hercle, et inconcinna uerborum serie re=   
uisenda suscepi, uel hoc modo, parum literatis sacrificis  
(quos plurimos habet haec regio) consulturus. Cæterum  
qui artificem stilum, phrasinq; picturatam et sermonis  
flosculos a non Lydiano aut Atheniensi requirent, Hi=   
storiam me norint genti, non arti accommodasse, ut hoc  
nomine plurimum debeat Placentio uniuersi, qui non  
uerbositate placere, sed humili oratione maluerit.

Vale lector, et quod fortasse occurret, etati  
condona. Louanijs decimo octavo Calen  
das Octobris, Anno salutis. 1529

# AD AMPLIS

SIMVM PRINCIPEM D. ERARDVM

a Marca Cardinalem Leodiorum Pacis redditus  
gratiarum actio, autore Placentio.

**V**is decernere gloriose Princeps  
Quo sit nomine sœculum beatum,  
Et res integrare regiae Eburonum;  
Sano Antistite, maximoq; Erardo  
Freti, se studio sereniori  
Pacis dedere, consecrare totos  
Visum est omnibus optimumq; factu  
Nam florere adeo omnia usq; regna  
Sola pace uidemus, at perire  
Bello. Hinc ingenia eminent, calentq;  
Tot nostratia. Purpuratus ordo  
Se se munifica arrogantia effert.  
Aula est omnibus optimis referta  
Illustrata Sophis uirisq; doctis  
Quales Græcia Romaq; emula optet  
Sunt qui Theosophiæ dedere nomen  
Quorum erga Hæreticos probata uis est  
Quod discrimine serio triumphant.  
Inter quos Petrus ille principatum

Suffraganeus obtinet, suoq;  
Arcet munere naufragum Lutherum  
Sunt plureis quibus istud institutum  
Cordi est, ut nihil execrentur aequa  
Iuris cum ijs utriusq; sunt periti  
Quorum hanc difficile scientia aequalis  
Consistoria, postq; se relinquit  
Regum arbitria. Velut uidere est  
In solo aegydio tibi a Sigillis  
In quem fata suam potentiam omnem  
Exercent, ita totus orbis toto  
Spe, fama, incolumi fide uagatur.  
Cuius sedulitas diserta tractat  
Tractauitq; diu negotiorum  
Molem ut sufficere Hercules ferendæ  
Vix posset. Quid enim recenseam illos  
Quos uel consulis, ad moeſue rebus  
Perplexis, quoties libet licetq;  
O te Principe ſeculum beatum  
O te Praefule patriam beatam.  
Debemus tibi pacis aſſecutæ  
Tam longa ocia, ſplendidumq; uultum  
Fortunæ, tibi nunc uicem rependunt  
Priuata omnia, publica omnium ora

I.

Laus Suffragani le  
odienſis, ſa  
cræ Theolo  
giæ profes  
ſoris opti  
me meriti.  
Encomion,  
D. aegydiij  
Sigillifere  
L. doctoris

10  
EX INDICE  
RAIMUNDI MARLIANI, VI.  
RI SVO TEMPORE ERV  
DITISSIMI, IN COM  
mentaria C. Iulij Cæsaris.



Burones populi inter  
Belgas, gente, nomine  
& numero Germani ap  
pellati, Condrusis, Me  
napijs, Aduaticis, Tre  
ueris, quorū clientes e  
rant, & syluæ Arduen  
næ finitimi, nunc Leo  
dienses dicti, apud Gal  
los Liege. Horum maxima pars inter Rhenum  
& Mosam, qui scilicet Mosa fluuius eos alluit,  
his Sicambri, qui Gelrhenses erant, Traſrhena  
ni sunt proximi. Ciuitas tunc Eburonum igno  
bilis atq; humilis proximi Oceano & syluis, con  
tinentesq; paludes habebant. His duo reges pre  
erant, quo magis cōstat eos fines q; latissimos ex  
titiss' quibus coniectura est ducatum Lutzēbur  
ensem & Lothoringensem, ac Iuliacensis par  
tē & Comitatum Namurensem, yrbemq; A.

111

quis granum, ubi Imperatores ex more primam  
fusciunt coronam, inclusos extitisse ac quantū  
Diocæsis ipsa Leodiensis vscq; quaç se extendie  
reges illos possedisse. Apud Eburones autē stir-  
pem Caroli magni in vico Lupilia (velyt hodie  
dicitur Ioppilia) Leodiensi ciuitati proximo, or-  
tum habuisse tradunt, Pipinosq; & Carlonan-  
tis Belgas, simulq; Germanos fuisse, sicq; in  
Germanos Cisrhenanos, qui Belge sunt a Græ-  
cis, non in transrhenanos est translatum imperio-  
rum. Ciuitas nunc est Episcopalis, prouinciæ Co-  
loniensis, Lucanus & Suetonius in vita Iulij Ce-  
sar is quem refert cladem Cottæ & Aurunculei  
egerrime tulisse. Hanc ciuitatem Carolus Dux  
Burgundiæ ultimus, solo æquauit, omnesq; pu-  
beres & sacerdotes interfecit, quod Episcopo cō-  
sanguineo suo infestiores aliquanto fuissent

**I**dem.

**T**ungros Belgarum populos Tacitus facit  
Hic Rhenum & Mosam, inter Eburon-  
nes numerantur, oppidum est nomen reti-  
nens olim ciuitas Episcopalis, huius sedes post-  
hoc fuit ad Leodiensem urbem translata. Vscq;  
ad cuius oppidi mœnia, ut pleriq; volunt, Ocea-  
nus portendebatur. Cuius rei quædam illuc yetu-

12  
statis adhuc monumenta videntur. Inde Cæsar  
scribit fuisse Eburones mari proximos

¶ Idem.

**B**ethasios Germaniæ populos inter Belgas  
proximos caninefatibus, Batauis, Tun-  
gris ac Marsacis, Traiectenses superiores fu-  
isse coniecta est, ad vtrâq; Moſe fluminis ripâ  
cis Rhenum sitos in Diœcesi Leodiensi. Hos Cæ-  
sar non memorat sed Tacitus.

¶ Idem.

**T**Asandrum oppidum est in Leodiensi Di-  
œcesi, cui diuo Trudoni nomen fecere

¶ Idem.

**M**osa flumen profluit ex monte Vogeso  
qui est in finibus Lingonum in Fran-  
ciorū regno non longe ab ortu Matronę &  
Araris fluuiorum & parte quadam circa Neo-  
magum, ducatus Ghelriæ oppidum longe ab  
Oceano fere octoginta millia passuum, ex Rhe-  
nore recepta que appellatur Vallis. Insulamq; ef-  
fecit Batauorū, qui hodie Hollādi dicuntur Oce-  
anum influit. Sicq; in Celtis oriens immergitur  
Belgis.

13.





# ANTIQUIS.

SIMO CANONI CORVM

Tungarorum Collegio, Ioannes  
Placentius Dominicanus

S. D.



Arcus Cicero Romanæ eloq*ie*  
tiæ parens, A Licinio Archiæ,  
Poetæ facundissimo patrocina-  
turus, Themistoclem illum sum-  
mum Athenis virum dixisse af-  
seuerat, cum ex eo quæreretur,  
quod acroama, aut cuius vocem libētissime au-  
diret, eius, inquit, a quo mea virtus optime pre-  
dicatur. Hinc egomet mihi (vt edicam) ornatis.  
domini, non nihil timere cœpi: vt cui educatio  
ipsa & labor improbus, nullam conciliarunt fa-  
cundiam, si quid de optimis viris effari non op-  
time pertentassam: fieret vt auctsandissimorum  
Antistitum derogarem maiestati, vel meæ fun-  
ctioni minus satisfacerem. Quod me vtrobiq;  
in partem multa diuersam cogitare cōpulit quo  
usq; meliori omine incidisset, cū modis omni-  
bus comperta vestra humanitas, tū ætatis meæ  
ratio, sub qua, prima hęc & rudis ingeniolı mei  
futura, in usum multorum, bona spe deriuaretur.

B

7

Quare simul & vestræ ciuitatis atq; Collegij an  
equitatē & meū verecunde pudorē detegere ag-  
gressus, profiteor ingenue, nullius glorię neque  
precij gratia, tātū me assumpsisse laboris; sed cō-  
munis causa patriæ. Quæ inextricabilibus ter-  
bris hucusq; obsita delituit: vt nihil usq; magnifi-  
cū, gentile nihil, de nobis hominū retineret me-  
moria. Ea res sola fecit, vt vos atq; adeo q; pluri-  
mos huic semper voto addictissimos, imprimis  
præfatione cōpellare nō erubuerim, qui singula-  
ri iudicio euasisti clarissimi & nostræ vicinię glo-  
riosa columina. Valete.

¶ Catalogus Antistitū Tungarorū, autore F.  
Ioanne Placentio Trudonēse, ordinis præ-  
dicatorū, Cœnobij Traiectensis ad Mosā



Iuus Maternus Longobard⁹, pa-  
tre Comite papiæ prognatus: pri-  
mo Treuerensiū, deinde Coloni-  
ensiū, postremo Tungarorū fu-  
it Antistes. Successit quippe cla-  
rissimis viris Euchario et Valerio, quos vt fidei  
symmystas habuit, ita æmula vtrumq; virtute  
non dubitauit exprimere. Sed inusitata planeq;  
stupenda de hoc narrant historię. Factum anno  
nati Seruatoris septuagesimo primo, dum Ro-  
mæ Simon Petrus apostolorum princeps, hos  
*principes fūt qd̄ ē m̄t̄ Antij qj penitior et penitissim̄ Est peni-*  
*tissimis p̄cipiis 1. Imostissimab ultimab qj*

*francis fecit  
taut sūt sūt  
tori ḡs*

an. 71.

*Emperori fit cum suo ordine ac missione ad monasteria*

17

eres in Gallias penitiores delegasset euangelizan  
dic<sup>z</sup> causa, itineris partē confecissent. Maternus Mors di-  
febre adustus, vita excessit. Flere comites, & do ui Mater-  
lere vicem, neq<sup>z</sup> velle sibi temperare: q<sup>z</sup> tā expe- ni,  
diti & ad quævis prōptissimi: commilitonis pas-  
si essent iacturam. Quid facerēt. Romā reperiūt  
& cum Apostolo quasi expostulaturi, singulti-  
bus satagunt: ita vt ipse met anxia quoq<sup>z</sup> solicitū  
dine congemiscere, sit coactus. Iam cadebant la-  
crymæ, & sub maxillas vbertim succedebant,  
quum Petrus nihil diffisus est, auxilium dei af-  
fore, tantum regrederentur, & pedo, quo vteba-  
tur, exangue corpus attingerēt, hæc deniq<sup>z</sup> suo  
nomine perferrent. Materne serue Christi viue-  
tis eius virtute te assurgere iubeo: cuius resurrec-  
tionis, testis esse cœperas fidelis. Scriptu mirabi-  
le. Vix in eū modum recensita serie, velut e som-  
no expergefactus, astat, rogat numquid vellent  
Vidit hæc suo fieri ordine, Elegia, castrum tunc  
Gallia primarium: quo diebus quadraginta se-  
pultus fuerat. Tali nimirum, tamq<sup>z</sup> munifica si-  
gnorum choruscatione opus erat Ecclesiæ auspi-  
cij, vt sicubi essent, vt sit, qui ceptis oblatrarēt,  
aut alioqui vi cohercerent: haberent illico qui au-  
toritate & signorum potentia occurrerent. Ta-  
metsi ea sæcula, diabolariibus ita præstigij ob-  
scurata fuerint: vt haud admodum ista quoque

B ñ.

*p. Non fructu  
off statff bam  
g pastoralis v  
num*

*Refusci-  
tatio*

*Elegia alfaet*

*Auspostoli: 3.  
missos amicis  
bona omnia libo  
patis ut auspici  
to nichil appa  
li figura gemitus*

18

danda viderentur mortalibus. Vnde mira qua  
Treueris dā claritudine Treuerim vsq; progressi (quę bel  
inlita ci<sup>o</sup> garū inclita ciuitas, etiamnū florentissima est )  
doctrina atq; evidentia, veritatem Euangelij as  
serebant:e diuerso templorū pontifices, plebecu  
lam concitabant, idolorū antiquitatem altius re  
petentes, vt parum abfuerit, quin eos lapidibus  
obruerent, nisi præsens desuper omen affulsi  
set, quod barbare impetētiū conatus, corrigere  
vænis , neruisq; intolerabili dolore rigentibus.  
Neq; enim brachia prius ad se reuocare poterat  
q; diuorū oratione licuisset Hic primum videres  
nouos vulgi assaultus, voces exaudires, vltro in  
uocantium baptisma:tantopere, vt rarus quisq;  
imo nemo omnium qui hæc spectacula fowerat  
salutis decreta neglexerit. Forte erat riuus medi  
am ciuitatem alluens, cui tunc vocabulum indi  
cum est Oliuæ :quasi oleum multorū capitū im  
bibisset. Iccirco Episcopū sibi ciues beatum Eu  
charium constituerunt:quem rara senserūt æta  
te & sapientia præditū, cuius non est huius loci  
laudes ac facta cōmemorare, mortem obñt āno  
salutis septuagesimoquinto. Qui huic suffect<sup>9</sup>  
est Valerius:obñt anno Nonagesimo, legitime  
succedente Materno. Porro Idololatriæ lolium  
egre extirpari poterat:vnde pedetentim qđ per  
durauerat, ſone remouit, & hydrā in multa capi

*Aſſulus tra  
ſpunctis op  
lump*

*Fulgarivs  
Trinitatis  
Episcop.*

*Fargan den P  
mpo ut hoc  
pot p̄ p̄tah  
q̄m oīa p̄lum  
rara pp. 72  
aū go. abij*

ta repullulascentē, claua & arcu, velut alter Hercules expugnauit. Sic breui tēporū curriculo, superstitutionē clanculariā, qua domi suis adhuc lari bus plēriq; deuouebāt, e medio abstulit: vt iā tu to illuc amigrare posset, & alījs itidē ciuitatibus Colonia  
euangelizare regnū dei. Igitur peruenit Coloniā Agrippi.  
 vſq; Agrippinā, & coitione prima, quā acerri-  
 mā Comicus vocat: cathedrā ibi obtinuit Anno  
 salutis cētesimo. Quo āno & bonnā salutari do-  
 ctrina illustrauit, indeq; necessario Traiectū Be-  
 tasiorū penetrās oratorium via publica, Christo  
 seruatori nūcupauit in Cryptoporticu diui Ser-  
 uatij. Mox Tūgaros adiūt, & Episcopale mun⁹  
 haud difficile consecutus est āno salutis. ioi. Nā  
 ita illū fama præcesserat, ita cōmendauerat incō  
 parabilis vitæ sanctitas: vt nūf q̄ nō, ingentē sui  
 expectationē faceret, ædē Deiparę virginī cōse-  
 crauit: quā primā esse volunt infra alpes tali titu-  
 lo gloriosam. Fabulosiora sunt q̄ de ciuitatis hu-  
 ius situ exēplaria retinēt, vt est de arce ac domici-  
 lio Octauiani: de vadis Oceani, de apotheca pub-  
 lica, q̄ vt hic mereantur locū, Saltē hoc noīe Tū-  
 grim cupio q̄cōmendatissimā: q̄ christianę fidei  
 primā māmā suxerit, qualiter ad nosvſq; proflu-  
 xit. Feruebat officijs vir dei, iejunijs, orationib⁹  
 sanctis exercitijs incūbebat: necq; aliqua ex parte  
 laborare passus est gregē sibi creditum. Nemini

B ij

na. an 100. p.  
Tungris  
anno 701.

homa  
Tungris

Tungris  
anno 701.

Juni mā  
aprop. mā  
Tungris 5.

Alludit  
ad voca  
bulū Ma  
terni

parcēs omniū vitīs insultabat: nouerat enim vti  
foro cū bonis bene, cū malis itidē male. Et quod  
Paulus monet arguebat opportune, importune  
increpabat, obsecrabat rursus. Interea sic factis,  
sermonē cōpensabat, vt nullus tacito reclamare  
posset, & ab autore quæ seruanda proponebat,  
seruata requirere. Vnde nō incōgrue suo voca  
bulo satisfaciebat, assumēdosq; putabat Mater  
nus piarū matrū mores q; vbi p̄sagiūt incolumi  
tatē periclitari filiorū, Primo qui dē, cōpellatiōe  
intima, suū erga illos amorē argutāt, rōedia expē  
dūt: de idē proauorū imagines claritatēq; familię  
ob oculos ponūt, tāndē prēmia quedā serio pol  
licentur, ita noster hic emulari solitus est exopta  
tissimos filiolos, & eatenus parturire iterū atq;  
iterū, quatenus correptionē omnē, proficiisci in  
telligerēt e corde sibi pulchre affectato, & quo  
dā modo genitali. Mox etiā sanctorū exēplis ani  
mabat ad patrāda paria ad hēc, eternę glorię im  
marcescibilē coronā, cū fiducia exigēdā ppone  
bat. Quātū hic pfecerit: nationū declarauit con  
tētio, quādo fatis cōcessit, quū Coloniēses hinc,  
illinc Tūgari, istinc Treuerēses instarēt, singuli  
suū Maternū vēdicantes. Inuenio plures ei, sed  
laudatissimos fuisse discipulos e qb<sup>9</sup> Ioānē Tū  
garū adolescētē profecto sūmāe spei, claustro ir  
refragabili in accliuē casā relegauit, alterū Naui

Coloniensis  
Tūgari  
Treverēses  
Quādā  
Maternū

7

tū imprimis amauit, vt illū in oculis semper ha  
buerit. Huñū applicuit, ab huñlo fluuio sic dictū Huñum  
vt testatur Beda in historia Anglorū: quo Ciues  
atq; accolas ad verū dei cultū cōuertit, deniq; ad  
mōtis vmbra culū, quē Mosa alluebat, qdē virgi  
ni matri dedicauit āno salutis. io2. Deinde Dio  
nātū profect⁹ est, ibi se operiebatur Collega Mē  
nius Catalēsis antistes, fortasse q; vterq; e. lxxij  
Christi discipulis fuisset, quare defyderio tene  
batur visendi se colloquēdic⁹ mutuo. Verū ido  
lū prima frōte adorti sunt & in pulueres adege  
rūt; insuper luculēta prædictiōe atq; miraculis  
populū Christo fidelē reddiderūt. Præterea du  
as ædes cōsecrauerunt, priorē Maternus sanctus  
Mariæ, alterā Mennius, beato Stephano. At ve  
ro in vicinia ignobile colebatur Idolum nomi  
ne Nam, quod vbi a responsis ob aduentū Ma  
terni cessasset, mutum dictum est; ita vt subinde  
barbara atq; cōfusa voce adiecta littera Namur Namur  
cū ciuitas appellata sit. Hic pari religione & per cum  
petua consuetudine ædem beatæ Mariæ inscrip  
sit; necq; non duas Mammeche, & vnam Cen  
naci, præter eas, quas passim alījs in locis dici o  
tur dedicasse. Evidem celebratum est, eum in  
Ciuitate Tungarorum supra septuaginta du  
as ædes consecrass̄e; ad quarum numerum distin  
ctæ sunt electrices nationes. Deniq; multorum

B iii

Dionata

72.

Adres

Nam

Namur

72. Adres

Cognitio  
namur et oppo  
gationis

No

*La domini  
nagis dñi  
vno bram*

monumentis constat Maternum sub vna natalis  
Christiani nocte ter corpus domini, tribus in lo-  
cis q̄ procul a se inuicē distantibus sacro ore cōfe-  
cisse, Treueri, Colonia, atq; Tungri, quod po-  
stea Thclestphori Pon. maximi, decreto, ob mul-  
tiplicia mysteria vbiq; terrarū ita fieri institutū  
est: indubie perspicuū est tot illū annis pontifica-  
li munere defunctū, quot in terra dies desudau-  
rat. Qui cū nocte Eucharius & Valerius mortē

**Mors Ma** imminere pr̄emonuissent moriturus qua potu-  
it prece Treueri in Mausoleo collegarum suorū  
se exoptabat recondi. Tametsi in Colonia de-  
mortuo, anno salutis centesimo trigesimo, deci-  
mo octauo. Calendas octobres: tres prouinciæ,

*an<sup>v</sup> / 30.* quibus ex equo pr̄federat, dissentire cœperint  
Nā Tungari clamabāt suū, Colonenses suū vē-  
dicabant, Treuerēses repetebant: vt nō æque de-  
Homero certatū sit a Colophonīs Chīs, Smyr-  
neis alīsq; Græcię gentibus. Tumultus quippe  
plœna erant omnia neq; ratione sedari poterant  
quousq; initio cōsilio hac lege conuentū esset, vt

**Miraculū** obnitēte etiā gurgite tranaret, assignaretur Tre-  
uerensibus. Si inferne illaberetur. Tungari au-  
ferrent. Sin perstaret: Colonia indubitata mane-  
ret Hospita. Ecce vero pr̄ter naturam stridulis  
obnisa est procellis techā, & recta Treuerim ad-

natauit. Vide q̄ sit mirabilis deus in sanctis suis.  
Floruit sub Apostolicis viris Lino, Cleto, Cle-  
mente primo, Anacleto, Euaristo, Alejandro  
primo. Imperatibus per successionē Nerone Ge-  
nero Claudij, Vespasiano, Tito, Domiciano,  
Nerua Traiano & Hadriano

**S**ecundus Antistes.

**S**ed Nauitū apprime commendauerat mo-  
riens. Fide enim ac merito cæteros anteibat;  
pollebatq; tam coporis q̄ animi ingenuitate  
præcipua. Vt pote Ducis Galliarū filius, & Tū-  
garorum regis ex fratre nepos. Quare omnium  
facile suffragijs administrationē obiuit, anno sa-  
lutis centesimo trigesimoprimo. Qui protinus  
magistri spem, expectationēq; populibeneficen-  
tia superans: pedes euangelizauit, & omnē late  
circuiuit prouinciam, minime gentiū sibi parcē  
dū existimans. Vnde dicēdo vehemens a vicīs  
plurimos auocauit: donec autoritate summa tre-  
uerensiū qui prope a fide descierant quorū cha-  
ritas iā refixerat, corda reaccendit indubitatū  
Materni successorem, sponte sua agnouerint: &  
Episcopum requisierint. Quibus tanta animi le-  
nitudine habenas moderatus est. Ut septē illius  
successores vtrīm q; precessent annis plus minus  
centum & viginti octo. Cæterum vice sua glo-  
riose perfunctus annis quadraginta, morte obiit

am 131

*an*  
190.

Huñum  
reçdifica,  
tur

anno salutis cētesimo nonagesimo, duodecimo  
Calendas Octobres, sepultus Tungri. Floruit  
sub Apostolicis viris Sixto primo, Thelepho-  
ro, Ignio, Pio, Anicheto, Sothero & Eleutherio  
Imperantibus Hadriano Antonino pio, Marco  
Antonio & Cōmodo. Proinde Antonius pius  
huñē Ciuitatis sitū delectatus, mœnia & portas  
instaurari, curauit: quam ita absolutam, Benefa-  
ctam appellauit.

**T**ertius Antistes.

191.

*Britania.*

220.

**M**Arillus Tungarus vir spectatę nobilis,  
tatis ac sanctimoniaz, Antistes defunct⁹  
est anno salutis centesimo nonagesimo  
primo. Quē estimauerāt ex morib⁹ viuēdic⁹ cō-  
suetudine qua alijs Episcopis haudquaq̄ videba-  
tur futurus inferior. Tungri quattuor sacrī edi-  
bus auxit: quarū priōrē diuo Materno inscrispit  
alterām Ioanni Euangeliſte, terciam Iacobo apo-  
stolo, quartā diuo Andree. Hic præterq̄ quod su-  
um ouile per uigili cura a luporū populatiōe tu-  
tatus est: externos etiam reges, Christo lucrificit  
Nā Lucium Britaniæ Principē, tota cū gente  
prædicatione sua permouit. Præfuit annis viginti  
nouē ad annum vsc⁹ salutis ducētesimū vige-  
simū, sepultus Tungri septimo Calendas Octo-  
bres. Floruit sub Apostolicis viris Eleutherio,  
victore primo, zepherino, & Calixto primo Im-

perantibus Cōmodo, Helio sene, Seuero, Anto  
nio carricalla, Macrino & Marco Aurelio.

¶ Quartus Antistes.

**M**etropolis filius Metropoli ducis Lotha  
ringie ex Vngarię regis filia. Episcopus  
acclamatus est anno salutis ducētesimo  
vigesimo primo. Qui assidue multa diligētia cō  
cionari solit⁹: tā domesticos q̄ peregrinos in spes  
sempiternascū fiducia anhelare docuit. Obñtan  
no salutis. cc. 39. anno administratiōis. i9. tertio  
Calēdas Octobres, sepultus Tungri. Floruit sub  
Apostolicis viris Calixtu primo, urban⁹ primo  
Pontiano, Cyriaco & Antheros, Imperantibus  
Marco aurelio, Alexádro Maximo & Gordiano

¶ Quintus Antistes.

**S**euferinus Messeronis Comitis Louanianī fi  
lius Pontificio decoratus est anno salutis du  
centesimo quadragesimo. Cōperio hūc sub  
limi autoritate cōcionari solitū: & ob id meruis,  
se vocabulū sanctitatis. Obñt anno salutis. cc. 53.  
anno administrationis. i4. Undecimo Calēdas  
Nouē. sepult⁹ Tūgri. Floruit sub Apostolicis vi  
ris Fabiano & Cornelio, Imperatibus Gordiano  
Philippo Decio & Gallo

¶ Sextus Antistes

**F**lorētius velut oraculo except⁹ est anno fa  
lutis. cc. quinquagesimo quarto. Qui sepe  
noctes etiā insomnes ducebat, cōniuētesq;

207

oculos diuinis libris sagaciter applicans: impeno-  
sus orando ieuuando, concionandoq; reliquū  
temporis redimebat. Dedicauit Tungri duas  
ædes. Obñt anno salutis ducentesimo sexagesi-  
mo sexto, Calendis Martijs, anno administrati-  
onis duodecimo, sepultus Tungri. Floruit sub  
**Apostolicis viris Cornelio, Lucio, Stephano pri-**  
**mo, Sixto secundo, & Dionysio primo impera-**  
**tibus Gallo & Valeriano**

¶ Septimus Antistes

**Martinus** Artinus diaconus, qui & Hasbanorum  
**Apostol⁹** apostolus, filius Comitis Namurceensis  
**Hasbanie** Pontifex institutus est anno salutis du-  
centesimo sexagesimo septimo. Qui charitatis  
zele omnē late inuisens prouintiā, quū rustico  
rum pagi dicti Horion, acerrime vitia infectare  
turab eisdem inglorie repulsus est. Cumq; se in  
vnam aut alterā domum recipere cogitaret: sic  
sensit sibi indignari incolas, vt coactus sit in syl-  
uam proximā secedere. Ibi oppido fessus aliquā  
**Miraculū** tis per respirans in prominentē casu rupem accu-  
buit, que protinus instar cathedrē tractabilē se se-  
exhibuit, parilemq; formā multis annis retinuit  
sed supra nostrā ætatem a peregrinis particula-  
tim absunta est, passus ipsi & pedum vestigia  
hodie perseuerant: certius multo q; si phrygio  
marmori insculpta essent, que Gallica voce Pass

folio 13. 1.

Martin appellantur. Quo se religiose febricican  
tes cōferunt, hymbrēq; manu haurientes e passi  
bus: desideratissime potitant. Inde Albiriā adñe  
& ædem prothomartyri Stephano dedicauit.  
Obñt anno salutis ducentesimo septuagesimo  
sexto, anno administrationis vndecimo, sepult⁹  
Tungri. Floruit sub Apostolicis viris Dionysio  
primo, felice primo & Euthiciano Imperatibus  
Valeriano, Claudio secūdo, Aureliano Tacito  
& Floriano

276.

Octauus Antistes.

**M**aximinus Maximini Pagani filius ex  
Helena christiana, omniū calculis desig  
natus est Antistes anno salutis Ducente  
simo septuagesimo septimo. Sūma equidē cum  
laude operam nauauerat studijs sacris, atq; adeo  
doctoris diademate gloriosus fuerat: adde titulo  
Decani sublimis. Qui Christi euangeliū in præ  
termisse cōpletens, & legitimo sensu scripture  
penetralia depromens: corda charitate flagrantia  
animosus in cœlum intendere sollicitauit Tun  
grim auxit ædibus S. Andreæ & Bartholomei  
apostolorū. Obñt anno salutis ducētesimo octu  
agesimo nono, anno administrationis tercio de  
cimo. Edibus Septembribus. Sepultus Tungri.  
Floruit sub Apostolicis viris Gayo & Marcelli  
no imperantibus probo, Claro, & Dioclesiano.

277.

278.

¶ Nonus Antistes.

290  
Pedum  
aræ impo  
nitur

**V**alentinus pontificē egit anno salutis du  
cētesimo Nonagesimo, homo, si quis ali  
us, summa autoritate semper habitus cu  
ius fulmina vel post mortē nemo non formida  
ret. Qui moriturus propediem, vocata cōcione,  
perquia sancte Proceres Tungarorū adiurauit, ne  
quis temere detrectare pr̄sumeret, quæ sancti  
spiritus iussu cōmittenda suscepisset. Ne quis in  
quā. Pedū quod ante omniū oculos sacrę arę im  
ponebat, illa fretus audatia illinc auferret, quo  
usqa deo op. max. in hoc deputatus aduenisset  
successor. Stare vniuersi neque audere cōtrauenire  
imperio, denique animis suspensi permanere. Sic  
igitur mortuus est anno salutis trecentesimo octa  
uo. Anno administrationis decimo octauo, sep  
timo. Idus Iunias. Quo honorifice sepulto va  
cauit sedes annis septem, quare interea se dissol  
uerent Treuerenses & Colonienses, peculiarem  
sibi assumentes Episcopū. Floruit sub Apostoli  
cis viris Marcellino & Marcello. Imperantibns  
Dioclesiano Galerio & Constantino magno

¶ Inclito Seruatianorū Collegio Euang.

Placentius S. D.

*Dagis flumque hu  
seruare amicis  
hunc etenim in  
tag*

**A**dsum spectatus vestre familię affecla hu  
manissimi domini, huic argumēto nō au  
rū Tagi cōponens, quo auguror menon

nihil posse vestro splendori adhucere: quale ego  
his oculis partim cōspicatus sum, partim anno-  
sa religione obseruatū perpendi, vt summiorbis  
Monarchæ in vestrū attente se contuberniū insi-  
nuarent. Carolus ipse quintus vbi Aquisgranū  
coronādus properaret, anno salutis vigesimo su-  
pra millesimū quingētesimū, tertio Idus Octo-  
bris, ingenti desyderio institutū obierit, sacra  
amicitus veste, pensiliq; almusio: nihil interea a  
Canonico diuersus, Augustus nemo. Dux næ-  
mo Brabātus, spē istā neglexerit, quo minus al-  
bicāti calculo vobis adnumeraretur. Ergo quos  
primarij heroes germanitatē copulant, amicitia  
vinciunt, familiaritate sociant, officijs ceremoni-  
j sc̄q; adunant autoritate defensant, nō summa  
reuerentia Leodinū omne territoriū prædicet:  
admiretur: suspiceat: colat: Nam nihil usq; ho-  
norificentius patria habet quantulacunq; est, su-  
perbi⁹ nihil quod arroget. Itaq; qui se magnani-  
mem extra vos iactare præsumit, falsa opinione  
poterit, gloria nō poterit opprimere. Hoc adeo  
ex hac re venit in mentem mihi, quoniam Ma-  
riani Traiectensis Collegij præcipuis viris (vt  
nobis amicissimis: ita nolim quenquam of-  
fendere) hallucinatio imposuit, qui antiquo  
tate se Seruatianis anteponere gestiunt, ratio-  
nē nusquam apparente, Nam qui utriusque

m. 1520.

Miseror per or-  
vata somni  
Miseratio, lu-  
cubratio, lu-  
cubratio, lu-  
cubratio, lu-  
cubratio, lu-

secum Basilicę expendit originem, is haud diffi-  
 cile inueniet, nullam toto esse territorio nō mo-  
 do Marianam, quę ante Materni primi Tnnga  
 rorū Antistitis oratoriū constructa sit quod ipse  
 Christo seruatori nuncupauit. At vero si suam  
 isthac Basilicam causantur, quę via publica sitū  
 habuit, qua olim ad pontem peruenire solebāt,  
 sentiant & hanc industriam leui opera cōfundi.  
Quandoquidem nulli dubium sit, eandem fuisse,  
 in quam olim Hunis orbem Romanū depō-  
 pulantibus sedes Tungarica cum reliquias Epi-  
 scoporum transposita est. Sed huius quo alias re-  
 quiram vestigia: q̄ apud Seruatianos. Faceant  
 ergo belli impulsores, qui hic (vt aiunt) frigidā  
 suffundunt, & annis non paucis interruptā ami-  
 citiam reassumendam prædicent, Pulcherrimū  
 arbitrentur hos duos vñiones incolumes in au-  
 rem ciuitatis huius inclytæ appendere, non alte-  
 ram aceto diluant, quod ab Ethnicis quoq; scri-  
 ptoribus celebratum est in Cleopatra fuisse tur-  
 pissimum. Id quo fieret certius, vtrosq; vos Epi-  
 stolio duxi compellandos, quo si non Delphica  
 tractabūtur, certe salutaria, honesta, vtilia, Chri-  
 stus pacis autor suo vos spiritu id ipsum sapere,  
 ac facere concedat. Valete.

# CATALOGO

GVS ANTISTITVM TRA

iectentium autore F. Ioanne Placen

tio Trudonense, ordinis prædi-

catorij cenobij Traiectensis

ad Mosam.



Nimvero Hierosolymis coales-  
scebat diuus Seruatus, publice  
ibi sepulchro domini adhibitus  
custos, quem procul dubio, nō  
obaliud vocabulo plausibili at-  
q; adeo sacerdotali ordine illu-  
strauerat dominus: q; vt Galliarū certissimum pro-  
peraret suo tempore seruator. Qui ducem ange-  
lū prosecutus, ipsa hora Tūgrimi ingressus est  
qua nationes septuaginta, quæ se, vt dixi, ab Eco-  
clesijs metiebantur, morarum pertesē, in Basili-  
ca S. Mariæ, causa delegendi Episcopū conuene-  
rant. Vnde factū est, vt omniū pēdētibus votis,  
oculisq; intēte hebetātibus, angelus pedū abara  
auferret, Seruatio porrigeret, eundēq; in subsel-  
lio iuberet residere gloriosum, anno salutis. 300  
circiter. 16. Neq; hic quomodolibet resistebant generatiō  
Tūgari. Qzq; fortasse silētio haud videatur præ, tñi Ser-  
tereundū, quod cōpertissimum habuere sēculā uatiū

Seruatus

Tūgrimi

venit

autem

*Prudens ab  
Angelo an-  
teponit*

316.

C

Sanctitas  
Seruatij  
mis

priora, Seruatij genus proxime ad Christi per-  
tingere. Nā sorores erant germanæ Anna et hef-  
meria. Anna enixa est Mariā christiparā, hefme-  
ria Elizabeth Icannis baptiste matrem & filium  
Heliud, is genuit Emiu, rursus iste ex Nemelia,  
præclare indolis sobolem. S. Seruatum. Evidē-  
si hæreant hic curiosi, obtendantq; non esse veri  
simile, eo quod profluxerunt ad Valentis vscp  
imperium anni fere quadringeti, post quos de  
Seruatio cōstetit: meminerint n̄ singula adamus  
sim discussa, olimq; rescisa in conciliabulo Mo-  
guntino, quū de his sigillatim questionem mo-  
uisset serenissimus Imperator Henricus secund⁹  
Ibi etiam decreto Leonis Pōt. Max. omnis scrū-  
cum Chri pulus inter agiographa, repositus, & orthodo-  
sto cōfor. xo robore articulatus est. Tametsi ipsum vitæ  
institutum & sanctitas cum Christo conformis  
facile eos coarguere posset. Præterea cōmunes  
cum consanguineis Apostolis dotes: quas hēre-  
ditario velut iure possidebat. Quoties enim con-  
cionabatur patrię lingue rudis, imo expers plao-  
neq; inutilis peregrini nihil a vernacula nostra,  
resonabat. In negotijs alij nō item Parfimonie  
inimitabilis, eucharistia sola & calice philotesio  
sæpenumero reficiebatur. Si quādo sobrie pran-  
sus fuisset, aut cenatus, crustulæ & mulsi prema-  
leprosis medicabantur, atq; Cacodæmones ab

Obsessis abigebant. Aquę quibus dīgiti sacri los  
ti fuerant: efficacissime instaurabat omne inele-  
gans. Quicūq; impetrabat manū salutarē con-  
tactum hoc ipso in cōlumē se sensit, vt etiā sum-  
mis viris in orē esset. Nā Porus Comes Louani-  
anus olenti nariū polypo misere afflictus: Anti-  
stitem interpellare cępit. Quem ille protinus sa-  
nū demisit: at suā munificentiā inde labefactari  
ratus, si insperate salutis nullū rependeret sym-  
bolū: dimidiū ciuitatis Traiecten Seruatio assig-  
nauit. Quod hucusq; pontifex Leodini, succeſ-  
ſione hēreditaria rētinent. Verūtamen quia hāc  
gloriarum accessionē nihilo plus fastib; indulg-  
gebat, sed magis magisq; ab aura pōpulari se ab-  
dicabat, cęperunt identidem mordere clanculū  
& ventosi inuidere homines, quōs summātū  
male habuit, quod aulam minus coloret. Qua-  
re argumentis congestis nihil veriti sunt inhabi-  
lem pronunciare: & alienigenā minusq; poten-  
tem despicere, cuius natales nūsquam appārerent  
æquum fore, vt qui neq; patriam lingūam calle-  
ret, neque plebiscitorum sat gnarus esset: coges-  
etur amigrare alio, & de loco sibi prouidere.  
Neque mora intercessit, quin pōlebecula, &  
vulgi infima fex, quæ a purpuratorum affe-  
ctibus, fere pendebat, Sanctum A N T I S T I  
T E M superbis ignominījs aggressa, sua vrbē

Porus Co  
mes Lo  
uaniensis  
curatur

polypus marinus

69. folio 15.

Janista  
Tungarum

Tungari  
Seruatio  
insultantia

cōd. Tung. 15.

admonitus  
rotuli  
maphica

C. n.

10

propelleret. Ille vero ut erat omniū virtutū asse  
oratio s. Ser.  
quitor eximius, iniurias pro lucro reputans, da  
tam temporis occasionem, in Traiectū benefac-  
tū perue-  
nit Serua-  
tius.  
In Traie-  
ctū perue-  
nit Serua-  
tius.  
Ira dñi.  
Tungaris abunde vicem rependeret, Seruatius  
contra opplorare, deprecari, id ne fieret, sed nu-  
mne nolle exaudire. Itaque in concione propera-  
bat, & perniciem imminere asseuerabat, verbis  
Oratio ser fletu permixtis. Infandū, inquit, dolore virifra-  
uatū ad tres animaduertite. Iam dudum, si nescitis, gran-  
Traiectē dia in vos diuina parturit ira, neque spes est illa,  
ses quae malis tantis mederi valeat. Egredienturque  
pe in superficie terrae homines efferi, nulli ætati  
sexui, gradui, dignitati parcetes: neque diuini me-  
tus, neque hominum discipline rationem haben-  
tes. Primo permissione superum, orbem Romanum  
inuasuri; deinde multo immanissime vastraturi  
Gallias, gentemque finitimā. Quapropter hodie  
vos coram hortari aggredior, ut poenitentia ve-  
stris animabus prospiciatis, ne dum portentose  
irruperint, imprudentes vos opprimant. Diffu-  
dit hic se se rumor inopinatus, & mirum in mo-  
dū angebat prouintias. Oraculi nempe loco ha-  
bebant: quicquid a viro tam sancto proficiscea

cur. Igitur legatione summa, rogatus est accele. Legatiōe  
rare T recassīnam, ibi se præstolabatur principū sūma ro.  
atq; Antistitū celeberrimus conuentus. Adime gatur pro  
bat, & suo ordine visa digerens : perculerat iā perare trē  
ōmnes, vt Galliarum rex, vniuersiq; Satrapē at cassinam,  
q; coassessores obsecrare c̄eperint, ne quid dees-  
set tot capitibus seruandis, Rōmā adiret, vnde  
præsentius aliquid sperare liceret, fortasse tanti  
patroni instantia, alio se verteret fulgurator De-  
us. Accesserat ad hanc monitionē, q; terremot⁹ Hr. 75.  
pene assidui, & signa in cœlo inclemētia emi-  
nerent. Quandoquidē in vesperū ab Aquilone clemētia  
cœlum rubebat, haud aliter q; ignis intermixtis cœli signa  
flammeo fulgore clarioribus lineis in hastarum  
speciem deformatis. Luna densam portēdebat  
caliginē. Cometes apparebant, & plurima alia  
quæ non ociosa fuisse, instans rerum docuit con-  
sequentia. Tunc imperterritē aliud quiddā cau-  
sarius sus est Seruatius. Præscire quidem se, nō  
facile reuocandam interminatricē vindicis ma-  
num, tum quia altera suberat culpa, quæ illū ad Accusat  
dirius sæviendum alioqui prouocaret. Graffari Seruatius  
apud Agrippinam Coloniam humani generis Effraten  
nocentissimam pestem Effraten pseudo Episc⁹ archiepi-  
pum, eo insaniæ adictum : vt cum perditissimo scopū Co  
Arrio buccis distensis, blasphemō ore, indiui-  
due Triadis refecaret personas ; Ad quæ verba arrianum

C ij

11

confessus omnis intabescens, ea lege se q̄ primū  
Conciliabulum sollicitaturos promittebant; si  
vicissim obeundo itineri ipse se astringeret.

*346.* In Agrip Vtrinç in hunc modum conuentum est. An-  
pina Co. no igitur salutis. ccc, quadragesimo sexto,  
Ionia vo. Imperij Constantij filij Constantini anno sexto  
catur sy. in Colonia, vocata synodo, Seruatius Arria-  
nodus num Effratena Pontificio exautorans, ad pub-  
licam pœnitentiam adegit, quam plurimis illic  
Episcopis Magnatibus, doctoribus consultanti-  
bus, an ne hoc fieri commodum posset, ob sa-  
cerdotij impressum characterem, Nihilomin⁹

Exautora Athanasij, cæterorumq̄ Orientalium præsby-  
terorum Diaconorum exauditio testimonio, in  
tes pseu. hanc fertur inisse sententiam. Bis impium Effra-  
do Episco- ten qui voce sacrilega Iesum Christum vitæ au-  
pi. torem dominum meum æqualem patri esse ne-  
gavit: ego vicissim pernego Episcopum, aut es-  
se inter sacerdotes ad numerandum. Cuius resi-  
piscientia, si qua expectanda est: censeo maioriū  
exemplis inter laicos transigendā. Quisquis hac  
mecum sententia, eum non infectatur, aliud si  
potest, astruat patrocinium. Muti omnes, atque  
reueriti summę autoritatis præsulem, absq; mo-  
ra Effraten proscripsere: cuius in locum protin⁹  
Seuerinus vir syncerissimus, suffectus est. Et  
mox compositis rebus Traiectum rediit, itineri

se Romam versus, accingens. Vnde, successu Romam  
prospero Metim profectus, prece & imporeuni Seruatius  
tate beati Autoris eiusdem urbis Episcopi, aræ proficisci  
maioris rescissam particulam, digito rupturam tur  
vellicante consolidauit. Mox Basileam præter. Miraculū  
gressus montem Iouis peragrauit, ibi oratione  
fontem aquis lympidis scaturientem exciuit,  
Deinde Alpibus transmissis, Italiam oppetit,  
nusq; non signorum affluentissimus. Quæ res Miraculū  
fecit, ut honoratores quosq; Romanorum ob  
uios haberet, quem n̄ procul adueniētem intui  
ti velut rutilum sydus, fulgere prospiciebant.  
Campanæ ad vnum omnes, ad mēmorum adi  
tum, tanti hospitis aduentum gratulatę sunt: &  
festino plausu illum urbs tota exceptit. Itaq; plu  
rimorum diuorum perlustratis oratorīs, tandem  
Octauo Calendas Apriles, apostolorum limina  
subiit, non antea illinc decessurus, quam Gallia  
rum tranquillitatem sibi polliceretur. Hae spe  
prolixe perplexe q; orans, inuisit sanctuariū, ibi  
quum precando ac lacrymando, post tolos dies  
& noctes nihil sibi temperaret, corpusculū inc  
dia pariter & sui afflictione destitutum est, & in  
sonnum sese demisit. Interea occurrit admiran  
dē formidinis spectaculum, iudex inexorabilis  
vultu & nutu ipso tremendus, in thronum con  
fidens gēmōsa aspergine pellucidū, circūquaq;  
Visio.

C iiiij

Miraculū

*Visionis ampli  
oratio*

Seruatius  
limina a  
postolorū  
subiit

12

sanctorū dependentibus agminibus. E quibus  
principue virginē matrē Gallijs parrocinant̄ per-  
pendit, & eidē suffragantes consyderauit Apo-  
stolos, atq; adeo obnixe protomartyre Stephano-  
nū. Verū nihil vñq; bone spei redire, secum inge-  
**Petr⁹ Ser** miscebat, solus apostolus Petrus affatus est in  
uatiū allo hēc verba. Definitū noueris, inquit, hūnorū cru-  
delitate Gallias & Tungri ipsam, atq; vniuer-  
sam adeo Europā dissipandā. Verū tamē merito  
tuo Traiectum, atq; oratione beati Stephanī  
Metim conseruandā. Igitur quantū potes in por-  
tū aduola, & sepulchrū delige, vtq; p̄cōnitentiæ  
te præconē omnes intelligāt, habe clauē argente-  
am qua reseras celos fidelibus Expergefact⁹ ma-  
nu clauē argenteā cōplexus est & redditū matura-  
uit. Iam attilla hūnorū rex qui Bleda fratre suo  
perempto totus in excidiū orbis ferebatur Vua-  
lameris Ostrogothorū regis & Ardarici Clepi-  
darū atq; Aquilonarū gentiū sibi subiectarum  
multitudine fidēs, a Pannonijs egressus. Imperi-  
um occidētale inuadebat quingētis milib⁹ arma-  
torū. A quo in Italiā Seruatius captus est: & no-  
ste cōstrictus loris cui cū vigiles admoti essent,  
audiebāt dei āgēlos familiariter cōsolari afflictū.  
Quare benigne erga illū affecti postridie militi-  
bus de Seruatio occidēdo cōsultantibus, multa  
in rē viri sancti cōmēti sunt, licet rogādo inferio-

Atilla  
hūnorū  
rex

res essent. Verū insperatę p̄dę obiecta spes, illi  
co aciē scidit vt folus in apricū cāpum ille perma-  
neret. Scitū est Italiā post mensē Aprilē plærūq; Miraculū  
estu feruere, sicq; sub dyo dormitati aquila pre-  
grandis alis pernicibus suppetias ferebat, vna fa-  
ciē occulēte, altera quasi flabello faciente ventū.  
Qua occasione passim se hūni ad spectaculū cō-  
ferebāt, talicq; prodigo discebāt pietatem, vscq;  
adeo, vt attilla ad colloquiū Seruatiū inuitaret  
& exercitus ūnis alaci gesticulatione benedici  
se curaret, tantū aberat, vt nihil mali percessus  
fuerit. Proinde Vormatiā deuenit, quo admo-  
dū sīciculosus, suaveolentē fontē oratione conse-  
quutus est a domino, & dracones in vinetis pe-  
do interfecit atq; aurā pestilentē repurgauit. Co-  
lonię in cellulā de peragratis regionib⁹, deo gra-  
tias agebat, & eo loco Seuerinus Antistes ex hia  
eū cœli demissam vidit colūpnā igne rutilo, quo  
& oratoriū cōstitutū est, quod porta cœli vulgo  
dicitur. Postremo Tungrim regressus est ibi iu-  
giter vltimū vale inter verba iterās; pœnitētiā  
populo p̄dicauit, & illinc sanctā hæreditatem Trāspor-  
auferēs, vestes diuini ministerij, crucēs, sacra va-tatur reli-  
fa, lebētes, coronulas, aulea, reliquias deniq; & quiæ &  
ossa Pontificū, in Traiectū, pariter cū cathedra sedes  
sua trāsposuit. Singulari autē techā argētea. San Episcopa  
ſtū Antistē Martinū cōclusit; qui precipue mira lis

folio 6.

Dracones p̄-  
do missi

Corio p̄m-  
pestilētis.

culis chorus videbatur. Casu, siquidē, incēsis  
 lāpadibus lucernulę affixis cū ignis tegmē alta-  
 ris cōsumpsisset, ad cōtractū sacrorū ossiū flāma  
 perstiterit, & nō alio præsidio extincta est. Comi-  
 tate sunt innumerę angelorū myriades, festiuo  
 cātu aera deliniētes, & a tergo lugentiū strepit⁹  
 Tungarorū. Porro cryptoproticū se sepiliendo  
 apparauit: cui sacris insistenti, ad dextrum altaris  
 cornu angelus morte denūtiauit. Quā multa cō-  
brū vnum, de Cōpoto ecclesiastico, librum vnū  
Sermonum librū vnum, Epistolarū ad diuersos  
librum vnū. Alia atqz alia edidit, quibus nomen  
suum transmisit ad posteros.

**V**igesimus septimus Antistes  
**F**ædericus filius Comitis Namurcensis. Pro  
positus collegij diui Lāberti, Antistes ele  
ctus est, sed partim vacillātibus, partim ob  
stinati electoribus aduersarium habuit Alexan  
drū Archidiaconū, qui temere insignia episcopi  
pedū & annulos usurpās, personatū agebat anti  
stite, donec Apostolico fulmine ad demittendū  
cohercitus est. Igitur anno salutis . i i 9. Mense  
octobri. Remis in cōcilio trecentorū & amplius  
Episcoporū a Calixto Pont. Max. post longā cō  
tētionē Fædericus benedictus est, cuius ibi partes  
egerat Goffrid⁹ comes Namurcēsis, Gosuinus

đnis Valkenburghen, tū Abbates atq; canonici,  
tū etiam magistratus, Alexandri partes fouerat  
Godefridus comes Louaniensis, Gisbertus Co-  
mes Durassi, Lābertus comes montis acuti, &  
Rener⁹ militiæ Leodinę primocerius. Qui vni-  
uersi persuaserūt, Alexandro, vt Imperatorem

**Factio in-** captaret, quo usq; se in Antistitem confirmaret;  
**ter mag⁹** At quoniā is a Pont. Maxi. anathemate iſtus fu-  
**nates Leo** it, factū est, vt ob id peius audiret, & aliquos tā-  
diorum tū suæ sectæ professores (quos Alexādrinos vo-  
cabant) inueniret, & ille alios rursum (qui se æ-  
mula voce Fēdericos appellabant) vt ingens in-  
cendiū inde concitatū in repub. fuerit. Nā colle-

gia duo Alexandrū defensabant, quod ēs ex æ-  
quo præfuiſſet iā diu propositū agens; rursus Fē-  
dericus castella inuasit, vt inferior iā Alexander

**Hoñum** obsidetur fieret, Quē hoñū obsidens pene oppressit. Obñt  
anno administrationis secundo, tertio calendas

Iulij, Floruit sub apostolico Calixto secūdo, Im-  
perante Henrico quinto, Cuius fere tēporibus,  
ordo præmonstratensis institutus & confirma-  
tus est. Vacauit sedes Leodiensis, annis duobus

### Vigesimus octauus Antistes

**A**lbero filius ducis Burgundiæ, frater Co-  
mitis Louaniensis, canonicus Metensis,  
ac iuris utriusq; professor, electo rursus

or. d. 9 p. 2  
magistratus

Alexandro præualuit anno salutis millesimo cē  
tesimo vigesimo tertio. Qui pacē semper secta,  
tus, territoriū omne florentissimū fecit: & impi  
am legem obliterauit (quæ manus mortua dice  
batur) qua vnuſquisq; vita defunctus pignore  
redimi debebat, puta aut equo, aut boue magis  
præstanti, aut supellectili præciosiori, res plane  
**C**hristiano principi indigna. Nocte ecclesiastis &  
oratoria libenter visebat; multa deuotione Deū  
exorabat. Monasterium præmonstratenſium in  
castello Corneliano ædificauit: & in cemiterio  
diui Dionysij ædē. s. Aldegundis fabricauit, ne  
q; nō ſacellū diuorū Clemētis & Trudonis tem  
plū, iuxta collegiū diui petri, Euangelicē aut le  
ctiōis & historiē eccliaſticē ſtuſius, perpēdēs  
nefaſū eſſe diē, qui occurrit .6. calendas Augu  
ſti: Natalē marię Magdalenę tunc celebrandū in  
ſtituit. Obiit anno salutis Millesimo centesimo  
vigesimo octauo, Calendis Ianuarij, anno admi  
nistrationis ſexto, ſepultus in monaſterio nuper  
aſe coſtructo, ſed adhuc infirmo, in vortice mō  
tis. s. egidi. Floruit ſub aplicis viris, Calixto ſe  
cudo, & honorio ſecundo. Imperatibus Henrico  
quinto, & Lothario tertio. Claruit Lozo præſ  
byter: qui in mōte qui Caster dicitur, iuxta Tra  
iectum ædificulam extruxit.

**V**igesimus nonus Antistes.

H

Natalis I.  
moyt.

**A**lexander filius comitis Iuliacensis, Archidiaconus & Prepositus, duorum collegiorum Leodiensium, precio semel atque iterum Pontificium ambiens, tandem voto potitus est anno salutis Millefimo certesimo vigesimo nono. An-

Luna mi- te huius electione tertio Idus Decembres luna E-  
tabilem clypsim passa est, & contracto orbe varijs colori  
eclypsim bus, potissime sanguineo, pene integra hora, de  
passa est super ciuitatem Leodiensem suffusa est. Porro in  
auspicijs administrationis, veterem amicū Co-

Dissidiū mitē Durassi despiciens: prorsus destituere cogi-  
inter An- tavit. Nā iurisdictionem & gubernaculum oppri-  
tistē & di Trudonensis, quod Durassii comites habere  
comitem solebant ad se retrahēs, abbatis Monasterij Tru-  
donensis & Metensis archiepiscopi autoritatibus  
Durassi fretus, a prophanis principibus rescidit. Quāob  
rē Comes iratus, alias ecclesiæ opes inuasit: & ia-  
cturā suā violentia resarcuit. Igitur Antistes ad  
uocato Lotharingię duce, & comite Limburgē

Bellū in- si, copias aduersus Durassum produxit: & Gis-  
cerepmec bertus Durassi comes, comitē louanianū & Flā  
comitem drorū ad se epliis atque munerib⁹ pellexit: & statu  
Durassi ta vtrīmque belli dies est. Verū Brabātis properā  
tibus, & sequentibus Flandris, qui Durasso sup-  
petias ferebant; irrūpentes Leodini, priores pro-  
strauerūt, & alios passim metu perculsos, supra-  
nongentos occiderunt, atque Brabantorū vexillū

f. 10

in capū detinuerunt. Flandris omnibus aut vul-  
neratis, aut in paludem aquosam iuxta Levves  
demersis. Interea, dū hēc siebat Raynoldas Co-  
mes Barenfis, castrū Bullonense, custodibus pe-  
culia corruptis inuasit: qua in re, tā fuit' Alexan-  
der ignauus, q̄ fuit in hac victoria strennuus. Ce-  
terū rumore generalis cōcilij quod instabat, qua-  
si exanimatus, vtpote de Symonia sibi conscius  
nihil magnifici amplius facere attētauit, nisi qđ  
Hořani suburbij monasterij, ornamētis & gra-  
t̄is illustravit. Cuius administrationis āno secū Spectata  
do, Innocētius secundus Romā egressus, ob ad est Leodi  
uersarj Petri de Leone potentia; in Gallias pro- orū Cano  
fectus, & Gallicana ecclesia collaborāte, in sum̄ nīcorū ge-  
mū Pōtificē electus & admissus est. Qui ad mē, nerosa  
diū quadragesimę, Leodiū adueniens, eximj̄s sublimi  
laudibus atq; honore affectus est. Nā Leodino tas in reci-  
rū canonicorum tāta est spectata generositas: vt piendo  
spectaculorū portentis & inestimabili equitatu Pō, max.  
Romanos etiā antecederēt. Residebat tūc t̄pis,  
apud collegiū diui Lāberti. Regū filij nomē  
Aneelmus filius Lotharj̄ Imperatoris Archidi-  
aconus Condrosj̄.  
2 Philipp⁹ fili⁹ regis Frācorj̄, Archidia. hānoniæ  
3 Theobald⁹ fili⁹ regis hūgarij̄ Archi. Arduēne.  
4 Ogerus fili⁹ regis Dacie, Archidiacon⁹ Fauēnæ  
5 Godefrid⁹ hui⁹ fr̄ german⁹, Archidi. Brabatiæ

H. j̄

6 Guido fili⁹ regis Bohemiæ Archidia. habsbaniaæ.  
 7 Philipp⁹ fili⁹ regis Nauarre Archidia. cāpiniæ.  
 8 Guido huius frater germanus

**D**ucum fili⁹ viginti quattuor.

Bertrādus filius ducis Bauariæ abbas Thudineñ  
 Haymo huius germanus frater abbas Messiēsis  
 Gulielmus frater ducis Saxoniæ Cantor,  
 Cōradus frater ducis Suēviæ p̄posit⁹ hoyensis.  
 Guido frater ducis Arduennæ decanus & The  
 ologiæ professor.  
 Doyelius frater ducis Normanniæ, abbas drio  
 politanus.

Carolus frater ducis Lotharingiæ ædituus  
 Guido huius frater germanus scholaſticus  
 Franco frater ducis austriæ, p̄posit⁹ Mechlinieñ  
 Carol⁹ ff ducis Burgūdiæ, p̄posit⁹ diui dionysij  
 Petr⁹ hui⁹ frater german⁹, p̄positus diui petri  
 Hugo horum frater germanus, præpositus diui  
 Bartholomei, qui tres fuere legum doctores  
 Lodouicus frater ducis bituriæ, abbas Amanieñ  
 Baietus huius frater, abbas Cellensis

**F**ili⁹ Comitum viginti nouem

Godefridus frater comitis Louaniensis  
 Segninus filius comitis Monhaulti  
 Simō filius comitis Hānoniensis, abbas cénaceñ  
 Balduinus huius germanus frater.  
 Raynard⁹ fili⁹ comitis losseñ, p̄positus fossiēsis

Guido filius comitis Sabaudiæ abbas namurceñ  
Adalbert<sup>9</sup>. f. comitis geldrię, p̄posit<sup>9</sup>. f. martini  
Notgher<sup>9</sup>. f. comitis flādrorę, p̄posit<sup>9</sup> diui Ioan.  
Petr<sup>9</sup> filius comitis de zeyn, p̄positus diui pauli  
Ogerius hui<sup>9</sup> frater german<sup>9</sup>, p̄posit<sup>9</sup> diuę crucis  
Rogerius filius comitis Bianenfis in Arduēna.  
Arnold<sup>9</sup>. f. comitis claremōtani, abbas dianēsis  
Henricus huius frater germanus.

Vvalo. f. comitis mōtis acuti, abbas Tūgrensis  
Falco hui<sup>9</sup> fr̄ german<sup>9</sup> abbas diuę marię traiec.  
Henricus filius comitis Lutzemburgenfis  
Ioannes filius comitis Rupis fortis  
Arnoldus huius germanus frater  
Erhardus horum germanus frater  
Ogerus filius comitis Montensis  
Ferritus huius germanus frater  
Rolandus horum frater  
Lambertus filius comitis a Treste  
Paulus & Ioannes huius fratres germani  
Petrus fili<sup>9</sup> comitis de Bolonia decretor<sup>9</sup> doctor  
Guido filius Comitis Prouintię  
Henricus huius germanus frater.

Filiū Baronū ac nobiliū virorę septem.  
Boynus a vvhauia.

Sebastianus harstallus decretorum doctor  
Radulphus a pratis  
Godefrid<sup>9</sup> hui<sup>9</sup> german<sup>9</sup> fr̄ vterę theo. pfessor

H ij

Theodoric⁹ fili⁹ dñi de Monakuye doct. theo,  
 Engerardus a flore legum professor  
 Reynadus, a mōre falconis adulescēs studiosus  
 plēriq; sic nataliū i imaginibus instructi: vt nihil  
 omnis omnigenarū artiū cognitione illustrio-  
 res, & haberentur, & essent. Quib⁹ sūma reuerē-  
 tia summū pōtificē excipere visū est: & exceptū  
 non tā munificētia q̄ religiōe cōrectare. Nā i pā

**Sacræ pō** die dñica q̄ passionis dicitur, pōpē lacerē institutę  
**pæ** sunt a collegio diui martini, ad collegiū vscq;. f.  
 Lāberti, quo Pōt. Max. sacrū perfecit, et debitiss  
**Lothari⁹** ceremonijs, Lothariū Alemānię regē, & huius  
**rex conse** Conthorale, reginā consecrauit. Quē a Leodījs  
**cratur** demū recedentē, comitati sunt ampli⁹. 32. epi, p̄

*S. Bernard.*  
*52.*

ter abbates & canonicos innumerabiles, quorū  
 prēcipius fuit diuus Bernardus abbas clareuallē-  
 sis. Quē Hoñit deducētes, summo honore pro-  
 sequuti sunt: & ad nouū monasteriū nuncupan-  
 dū autores fuerūt. Quod ille deuotiōe singulari  
 dedicās, diuīns spiritualib⁹ affatim cōmuniuit.  
 Verū in decessu Alexādrū accusantib⁹, nobilib⁹  
 & canonicis, vocatū in cōcilio Pisano, a Pontifi-  
 cio remouit, quod hic tā amare tulit: vt oſtauo  
 mēſe defecerit. Obñt anno administrationis. 8.  
 pridie nonas Iulij, sepult⁹ Leodīj in monasterio  
 diui egydij. Floruit sub ap̄licis viris Honorio se-  
 cūdo, & innocētio secūdo, Imperante Lothario

Alexāder  
deſtituit.

**T**rigesimus Antistes.

**A**lbero hui<sup>9</sup> nominis secūd<sup>9</sup>, fili<sup>9</sup> comitis gelrorū, ex sorore comitis Namurensis electus est: & in Antistitem cōfirmatus in ipsa depositione Alexándri. Qui Bullonēse castrū a Raynaldo dolose occupatū, iuridice repe  
tēs, ter Romā profect<sup>9</sup> ad Pōt. Max. deinde etiā Imperāte Cōrardo secūdo, in trib<sup>9</sup> regijs cōsistō  
rījs cū raynaldo expostulās: quūvtrīm<sup>9</sup> iudices aures obturarēt, necq<sup>z</sup> iuste interpellātem exaudi  
rent: ad arma cucurrit, & castrū equitū ac peditū numerosa densitate obsedit. Quod tametsi fortiter attētasset: nihil tamē gloriæ partū est, donec techā diuī martyris Lāberti admota est, qua sta  
tim salus sperari cepit Nā Hugone Adulescēte, quē vnigenitū Raynoldus habebat e fenestella prospectate, repente demētatus est, & exanimis corruit. Portis igitur ex tēplo referatis, pater a martyre fospitatē dep̄cabatur filio, & multa ve  
neratiōe antistite amplex<sup>9</sup>, intercessorē optabat spōteq<sup>z</sup> castellū reddidit. Hui<sup>9</sup> ergo miraculi oc  
casione trāslatio Lāberti instituta est: quā redux  
Antistes suisperpetuo celebrare p̄cepit. Sub hoc & Christiparę virginis memoria, in ecclēsī ter  
ritorū Leodiēsis dilatata est: quam primo in ēde vndeclim milium virginum. postea in omni  
bus Collegijs & Monasterijs fieri ordinauit.

H iiiij

Miraculū

47. 6

Vide cle. Qui ad bella demū & aulam propensior effect⁹  
 ri yesaniā male erga gregē suum affici cępit. Vnde clerus  
~~verbis~~  
~~xvij. sa. 290~~  
~~et 56. 2.~~ in horrenda vitia prolapsus est. Nubebat passim  
 sacerdotes, beneficia precio cōparabantur. Pasto  
 res bis quotidie celebrabant, neç vlla ordinū ra-  
 tio habebatur. Propterea Antistes accusatus, dū  
 mēte cōsternatus, Romā adire cogeretur, mēse  
 secundo perīt. Obīt anno administrationis. iç.  
 sexto Calendas Aprilis. Floruit sub Apolicis vi-  
 ris Innocentio secundo. Celestino. 2. Lucio secū-  
 do, & Eugenio tercio. Imperantibus Lothario  
 & Conrado. Ea tēpestate Xenodochion fratrē  
 Cocinorū Leodīj, & Monasteriū Floreffianum  
 absolutū est, & Abbas monasterij S. Egidij inue-  
 stura diui Dionisij donatus est, quoniā præ ino-  
 pia, ornaimento holoferico carebat, quo amict⁹  
 instar aliorū Abbatū, in Pompis sacris vteretur.

¶ Trigesimus primus Antistes

**H**Enricus secundus, filius Comitis Lym-  
 burgensis, & Archidiaconus Leodieñ.ca-  
 nonice electus est anno salutis Millesimo  
 centesimo quinquagesimo. Qui diuum Bernar-  
 dū Abbatem auxiliatorē sibi adhibuit, & aduer-  
 sus corruptos mores multa docente audiuit. Por-  
 ro vulgo mediocriter iā iāq̄ instituto, & clero re-  
 formato, plurima emolumenta ecclesiæ attulit,  
 & castella redemit, ædificauit, instaurauit, quale

51  
 S. Bernardus  
 abb. ag.

est castrū Scans, castrum Belmont, castrū Aste  
uoie, castrū Durassum, castrū Vffen, castrū Bor  
ne, castrum Hūclange, castrū Vierne, castrū Or  
cimont, quæ omnia Imperatorijs & Pontificijs  
monumentis possedit. Pacē incontaminatā sem  
per habuit, prēterq; cū Henrico Comite Namur<sup>comes  
namur</sup>  
cense qui in immeritos desæuiens, pagos succē  
dit, & in Arduennā aduersus Antistitem castra  
metatus est. Sed comitē opprimēs, totū illius ex  
ercitum fudit, vt vix Comes etiā euaserit. Vnū  
intolerabile euenit, sanctimoniales insectatæ a  
militibus, magno periculo vitā defensarūt, mo  
nasterium cōcrematum, & cellæ spoliatae fuerūt  
Deinde in Italiam contendens Federico Impe  
ratori Comes effectus, trium magorum inuen  
tis corporibus Leodium transferre cogitauit.  
Sed huic voto obstitere fata. Obiit Paphiæ anno  
administratiōis decimo nono. Pridie nonas octo  
bres, sepultus in collegio diui Lamberti. Floruit  
sub Apostolicis viris Eugenio tertio, Anastasio  
quarto, Hadriano quarto Victore quarto, Pasca  
li tertio. Imperantibus Conrado & Frēderico. i  
qui Henricū existimauit ad summū prouehere  
Pontificiū, quod ei nolenti volenti obtrudebat  
licet recusare maluerit. Claruit Gerardus a Bel  
zees & huius german⁹ Antonius iuri equestres  
qui prēfecturā diui Nicolai in Giano instituerūt

1150  
triv regn  
vorpors

Sybolus ut atque epistola regis fortissimam & frumentorum aliquando ad aliud res  
pertinet sicut

**¶ Trigesimus secundus Antistes.**

**A**lexander secundus, Comitis Bulloniæ filius, ex filia regis Nauarræ, diplomate Pa schasij Pont. Max. & Cardinalium astipula tione, in Aquisgrano Antistes creat⁹ est Anno salutis. i i 68. quarto Calendas Ianuarij, dū Imperatore assistente Carolus magnus, ob prælia pro Romana Ecclesia habita, incredibili populorū lę ticia sublimatus, & diuorū cathalogo ascriptus esset. Vñ Frēdericus Antistitē assumēs, & in Ita lica expetione comitē desyderans, peste interiit Obiit anno administrationis. ; . quinto Idus Au gusti, cuius corpus Leodij relatū, in Collegio di ui Lāberti sepultū est. Floruit sub Apostolicis vi ris Paschali tercio, & Calixto. ; . Imperāte Frēde rīco primo.

### ¶ Trigesimus tercius Antistes

**R**Adulphus filius ducis Lotaringie, ex filia  
Comitis Namurcensis, prius Archiepisco-  
pus Moguntinus, sed ob symoniā repudia-  
tus, eodē vicio in functione Leodiensi laborauit  
Sacerdotia enim & altaria publicitus foro exhibuit,  
indeq̄ correctorē neminē ferēs, Lābertum  
quendā spiritu propheticō futura prædicentē in-  
turrim præcipitauit. Cuius viri vaticiniū, effectū  
plane cōprobauit, dū Bāsilica & Collegium diui  
Lāberti, & tēplū yndecim miliū virginū, deniq̄

Collegiū diui Petri cū officinis igne cōcrematū  
 eit. Campanarū & eneorū vasorū metalla, instar  
 aquarū æstate stagnatiū in canalibus liqueſce-  
 bāt, & lapides hac illac dissilientes, nēminem ap-  
 propinquare permittebāt. Carcer quo Lābertus  
 vinc̄tus fuerat cōflagrat⁹ est, vnde exiliens, acta  
 Apostolorū quę captiuus in Gallicā lingua tran-  
 stulerat, Romā secū asportauit. Qui Pontifici in  
 iuriā questus institutū beginarū, quarū se patriarcha  
 chā scribebat, autoritate & literis cōfirmari me-  
 ruit, & regressus dīi Christophori tēplū Leodī  
 beginarū habitatior ē fecit. Sequutus est & alter  
 Albanēsis Episcopus qui cōtra symoniā efficac-  
 issime cōcionatus, plurimos canonicorū qui sa-  
 credotiz coemerat ita cōuertit, vt quę male cōpa-  
 rauerat, rursus ecclesię cōferenda beneqz dispo-  
 nēda cōmitterent. Quę fidelis ille ministeriorū  
 dei dispēsator, idoneis passim impartiuit, & ni-  
 hil ūnino sibi reseruās, paterno erga dignos affe-  
 ctu ferebatur. Antistitem quoqz inter ceteros ad  
 pœnitētiā agēdā cōmonuit. Qui comitē Losseñ  
subito hostē effectū, primū equanimiter tolerās  
 deinde Tūgrim oppugnatē & succēdentē reppu-  
 lit, & castra inuasit, animiūqz infractū portendit,  
 Post quę cruce signat⁹, aduersus infideles, dū ab  
 Antiochia redditū maturaret, gliscēte veneno pe-  
 rīt. Ob̄t anno salutis Millesimo centesimo. 91.

Symon.

Tōnōris  
xertrīsAutofōria  
40.1.

*Officij cat.*  
 Floruit sub Apostolicis viris Innocentio tertio,  
 Lucio. 4. Urbano tertio, Gregorio octavo &  
 Cleméte. 3. Imperante Fræderico. Claruit domi  
 nus Euerlimus abbas monasterij diui Laurentij  
 qui facellū in honorē diui Thomæ Cātuarien  
 sis archiepiscopi recēter occisi ædificauit, & bea  
 ta Iutta Hoy secessum Leprosorij oppetit.

**C**Trigesimus quartus Antistes.  
**A**lbert⁹ filius ducis Brabatię, ex sorore du  
 cis Arduennae doctor & Archidiaconus  
 & Collegij diui Lāberti Prepositus Epi  
 scopus cōsecratus est. Quod factū cōprimis ma  
 le habuit comitē Hānoniæ, qui Albertū cōsobri  
 nū suū penitus illiteratū, eligi maluisset. Ex quo  
 aliud malū euenit. Imperator enim Fræderic⁹, ter  
 ciū quendā, Lothariū fratrē Comitis de Horſca  
 superinduxit, Proinde duob⁹ secū in gratiā rede  
 untib⁹, Albertus Brabatus, Romā profect⁹ a Ce  
 lestino Pont. Max. cōfirmat⁹ est. Qui statim re  
 gressus diploma Collegio prælegit, & a Coloniē  
 si Archiepiscopo cōsecrari desiderās, sed illo im  
 peratoris sequitiā formidātē, a Remēsi benedict⁹  
 est. Sed a trib⁹ viris Equestrib⁹ in hoc a Fræderico  
 destinatis adort⁹, dū vnū Abbatē & Equitē habe  
 ret: quos aliquoties cōuiuas aduocauerat, inuaſo  
 res sensit. Occisus est Remis, & miraculis claruif  
 se perhibetur, sepult⁹ in basilica maiori, Floruit

sub Apostolico Celestino tertio. Imperate Hēri  
co filio Frēderici, qui aliquādo resipiscens apud  
Leodium, duas aras munifice dotauit, quæ sunt  
diui Lamberti & Remacli

**C** Trigesimus quintus Antistes

**A** Libertus secundus filius comitis Vlosseni  
ex filia dñi Hērici a Cuycis, aduersus Si-  
monē Arduēnē ducis filiū itidē electum  
prualuit. Lite enim in vrbē prouocata, iste gale-  
ro insignit⁹ est, & Cardinalis appellat⁹: ille Anti-  
stes cōfocratus. Quo Leodiū reuertēte, quū steri-  
litas & inedia in patriā incrudesceret, indicto ie-  
junio, tres sacras pōpas ordinauit post natalē Ioā-  
nis bap. obseruādas. Qui dū electionē abbatis Sē-  
blacēsis, sede Leodina vacāte, ab Archiepisco co-  
loniēsi cōprobata absq; pecunia admitterenollet  
Monachi clā illo, cōtulerunt, & Abbatē suū insti-  
tui curarūt. Sed Abbas postea ab Antistite inui-  
tat⁹, causam intelligēs, propter ea literis cōsciētiā  
apud Celestinū tertiu testificatus, hinc capitulū  
in decretalibus adhiberi laborauit, quod Antisti-  
te Leodinū, de symonia coargueret, vt videre  
est Extra de Symo. cap. Sicut tuis literis. Contra  
Ducissam Brabatię bello instructo, a Metēsi Ar-  
chiepiscopo monit⁹, exercitū dimisit: & pacem Tumult⁹  
in̄ht. Seditionē ciuiū Leodiensiū, aduersus cano apud Leo-  
nicos aliquantis per fouit, et audaciā prophanoꝝ dium.

ſepe diſſimulās, minime clericorū partibus fauere notabatur. Plebei etenim ciuitatē muroveſtiētes, ecclesiasticorū ingenuitatē primū aspernati. Deinde canonicos, aut cooperarios, aut ſoluēdoꝝ quales de poſcebat. E diuerso illi a ciuitateſe ſubducētes, in ciues Apostolicū fulmē immittebās & honoratores mercatores e Frācia redeuntes mercibus ſpoliabāt. Vnde reb⁹ pacatis Antistes ciues iure iurādo cōſtrinxit, & immunitatē clericorū intemeratā conſeruauit. Obiit anno ſalutis i i 99. anno administratiōis. 4. ſepult⁹ in Collegio diui Lāberti. Floruit ſub Apostolicis viris Ceſtino. 3. & Innocētio. 4. Imperatībus Henrico filio Frēderici & tempore Scismatis Philippo & Ottone. Quo rēpore carbones (qui lingua Leo-  
diensi, hullē vocātur) pauperculo fabro effodien-  
di mōstrati ſunt in locis ſub terraneis, qui hucus  
q̄ evenis quaſi cōcreti depēdent, & opera carbo-  
nariorū reſcindūt, quorū calor odorē ſulphureū  
cōmixtū habet, & in cineres impurgatissimos  
paulatim ſe dimittit.

**C**arbones inuenti ſunt  
**H**ugo de Petrapōte nobilis, doct⁹, prudēs & magnanimus, Collegij ſumimi præpoſitus, ab Ottone rege cōmendat⁹, & a Guidone cardinale Pont. ſummi legato cōfirmatus est anno ſalutis millesimo ducētesimo. Qui ha-  
roica virtute p̄reditus, Appellationē, cui Rome

an.  
1200.

*Causa ut dux secessit v. l. p. m. ab eis ad bonum factum  
B. q. t. tributa p. d. b. r.*

respondere cogebatur, sua oratione & manete destruxit, & monasteriū vallis diui Lāberti, cooperante sibi Comite Clarimōtano a fundamentis ædificauit, annuisq; censibus dotauit. Quos ab Hoñjanis importune exigēs, magistratus hac parte rebellare expertus est. Vnde belli machinas a Rebello Namurco ad uehi iussit, quas illi succensis nauis Hoñjanobus, in forū protraxerūt. Quæ rcs cū male habe rum rettantū principē, ilico minacia signa portendēs & alia instrumenta multo crudeliora cōparans, sic Hoñjanos deterruit, vt sponte sua nudis pedibus Leodiū properarēt, ibi oratione longa temeritatē confessi, tandem ad instaurandū omnia adiudicati sunt. Sed quū dissidiū inter ducē Brabātie & Comitem Lossensem de Colonia Trudorēs offi<sup>28</sup>cijs, ortū fuisse, & utrimq; de trecensu (quem vocat) anceps ventilaretur questio, Metēsis Archiepiscopi consilium insequutus Antistes, armis a Brabantō iniustā vendicationē reposcebat Quo propugnatore. Comes plurima moliri ausus, exercitum instruxit, & Comitatum in feudū omnēcōq; iurisdictionē Antistiti submisit. Quare Brabātus Landis, totos octo dies magna potētia remorat, nihil æque defyderabat, q; bellū cōmitem cum h̄s, qui Varennam iam ante natalem Ioannis Baptiste oppetierant. Quod Philippus cognomento nobilis Comes Namurcensis,

*Poloni. P. K. B.  
D. G. B. et al. Sa  
l. aqua. R. e. m.  
m. f.*

*T. v. n. s. p. o. f. g.  
off. 3. y. m. b. n. b.*

*Antistes  
in Brabant  
rum arma  
assumit*

singulare prudētia impediēs rē citra sanguinē cō  
 posuit. Interea Antistes, ducis ingenī probe de  
 cernens, non nihil leodinis male euenturum su  
 spicabatur, & cleri totius atque Magistratum,  
 nobiliūq; consilio, ab īs qui Leodiū ingrediebā  
 tur, tributū exigendū ordinabat, quo aucupio,  
 Muri, portę, Gaganę vſq; ad montē Vvalburgi  
 perfecti sunt. Deinde etiā syluā elegantissimam  
 vendidit, cuius præcī magna pars Antistiti ces  
 sit, pars ædificijs ecclesiæ, pars mēniorū opificio  
 Post Guido abbas Cisterciensis Pont. Max. lega  
 tus, leodiū adueniēs, ab Antistite humaniter ac  
 ceptus est. Cuius ibi sollicitudine Xenodochion  
 diuo Mattheo nuncupauit: & quotannis in con  
 uersione apostoli Pauli inuisendū multis gratijs  
 populo commendauit. In sacerdotū atq; canoni  
 corū luxuriam multa fortiter asseruit: & vocatis  
 collegiorū propositis, aliquot cautiones autoris  
 tate Pont. Max. promulgauit. Ne canonici ho  
 ris diurnis, pariter nocturnis a templo abessent,  
 qui & communi refectorio atq; dormitorio se  
 continerent. Ne mulierū strepitu impediti, mi  
 nus suo instituto satisfacerent, Canonici tātum  
 accoliti in tractatu collegiorū nullius autorita  
 tis haberentur: donec sacris iniciarētur. Perinde  
 Archidiaconi, nisi diaconi essent, stipe & hono  
 re atq; autoritate carerent. Ambientes plura fa

l.  
 1. minime  
 2. partim  
 3. formis  
 4. iuuem

52. 2.

5  
e  
z  
á  
ri  
n  
o  
a  
n  
s  
í  
s  
z  
e  
n  
o  
e  
z  
á  
cerdotia despicabiles colleḡis fierent: & coma-  
tuli comāq; calamistro rotantes, non prius ecclē-  
siastica immunitate gauderent, q; coronā in capi-  
te deferrent. Quāz frēdēricus Imperator æmula-  
tus, in Namurcēsi collegio sanctorū Petri & Al-  
bani, quod ipse dotauerat, obseruari præcepit,  
& nonnulla alia adñciens, hoc modo vit̄s ecclē-  
siasticorū prospexit. Interea Henricus Brabāriæ  
dux vicinas terras inuadere p̄sumēs, in opulētiā  
Antistitis Leodini intabescēs, opōrtunitatē quę  
rebat affligendi omne territoriū. Nā Balduino  
Flādrīæ atq; Hānoniq; comite, magnatū equita-  
tu & militū copijs instructissime in expeditionē  
Constantinopolitanā profecto, quū in Impera-  
torē electus fuisset. Henricus hæreditatē illi⁹ ad  
se attinere ratus, vicinas prouintias populat⁹ est  
Qui in Hollandiā irrūpens, mox in Gelriā incur-  
sāns, comitē Gelrorū deposito sacramento, sibi  
fidelē fecit. Quē non multo post iterū apprehen-  
di iubens, nōn ante dimisit: q; triū miliū Marcha-  
rū coloniēsiū summā, filio dato obsidi, promis-  
teret. Verū is ex cōdicto præciū se posse conseg  
desperās: Antistitē Leodinum rogauit, & noua bante⁹ Co-  
pactiōne pecuniā extorsit. Nā conuocatis prin⁹ mitē Gel-  
cipibus, duce Lymburgensi, & Philippo comi⁹ riedetine⁹  
te Namurcensi, se suumq; principatum Antisti-  
ti commendauit, & absolute dominiū ei Traie-

I

Grauen d.  
Brabant

Comit⁹ Hainaut  
et Brabant  
Imperator.

sto vscq; in Ruremundā, tantisper summisit do-  
nec nummos exacte rependeret. In hunc modū  
filius obses datus liberat⁹ est: & molestię iugescq;  
incursions dçuitatę. Tametsi aliunde malū ali-  
ud prouenit quod Ducem irritaret. Fatrius e-  
nim illius Comes de Muha & huius coniūx, dū  
liberis carerent, regiā suam & ditionē ceremoni-  
is adhibitis, puta ramusculo florenti cespitibus,  
superposito, diuo Lamberto in fœdū vltro ob-  
tulerunt, & specialiter expressis datiscq; conditi-  
onibus, etiam superueniente hærede, se ac poste-  
ros ad quartam generationē alienauerūt. Quod  
comprimis impiū existimauit Henricus: & h̄s  
dem defunctis castrum primarium statim custo-  
dibus illic missis v̄surpauit. Quapropter Anti-  
stes Imperatoriam sententiā requirens, quum  
dux inferior in causa esset; minas in clerū & vi-  
rulentiam efflauit. Cuius impeti Leodini for-  
midantes, ne eos insperate, posset opprimere,  
Pontem & aggerem Traiecto finitimum, solo  
æquauerunt. Nam illū audierunt Ottonē regē  
ad̄isse, qui iam fulmine Pontificio iēsus, in sta-  
tum ecclesiasticū letali animo velitabatur. Quo  
impulsore Leodium ab Antistite eximere spe-  
rauit, & diu dolos meditatus, ab Hugone inge-  
tem pecuniæ summā argumento nullo habito  
poposcit. Porro pecunia in dare, q̄ expectare rei

Leop. B. st. 12a/  
vulpi v̄ h̄zib⁹  
Cerptas ſtrah⁹  
Ei⁹ ral⁹

Dux Bra-  
bancus in  
clerū, mi-  
nas & vi-  
rulentiam  
efflat.

Tong Traiecto  
de mītate  
57. 1.

publice discrimen malebat, & ius iurañdū littē  
 rasq; Duci de pace flagitans, multum duci tri-  
 buere notatus est. Ex quo formidolosum eum  
 estimantes, grandia moliri aduersus Leodinos  
 incepérunt. Accessit enim cōmes Gelriæ, q; ob  
 grande debitum Antistiti male volebat: & dux Comes  
 ci per se fatis īfano, ceu oleum fornaci adhibēs Gelriæ  
 animum addidit, obsidendi Leodium. Igitur in  
 dominica Ascensionis Antistitem imprudentē  
 & horum minime cōscium opprimere cogi. Obsidetur  
 tantes: quum se occasione (nescio qua) pridie in Leodiū.  
 Arcem Hofhanam recepisset, ciuitatem occupa-  
 uerunt, collegia spoliauerūt, domicilia vastaue-  
 rūt, vt pars obfuerit, quin tota ciuitas a Gelro  
 exureretur, nisi forte fortuna Castellanus Brus-  
 zellensis, illic habēs filiū canonicū, succurrisset  
 Porro dux in palatiū conuocatis ciuib⁹ per ora-  
 tores fatigit, vt pōtifice abnegato, se Imperato-  
 rios iureiurādo vociferarētur. Deinde domū ci-  
 uicā (quā hallā vocabāt) quo Antistitū insignia  
 & decreta atq; priuilegia conseruabantur; incre-  
 dibili crudelitate manu propriā igniculum sup-  
 ponens, incendit, & in cineres rededit. Tan-  
 ta enim ouantium p̄specta leuitas est, vt cru-  
 ces, diuorumque reliquias, pede conculcarent  
 & Cantilenā in hoc composita, esse se flores,  
 Leodinos vero spineta iactarent. Inter hæc

I. ii.

Gelriæ  
 Dux.  
 Branz  
 Dux

Z. h. p. 1.  
 C. d. d. m.  
 32. 1.  
 38. 1.  
 40. 1.

Antistes mente nimiū consternatus, Hoñ in dū  
 cē, sententiā ecclesiasticā protulit, & deū, diuīq;  
 Lambertum sublimi voce vltores inuocans, in  
 fidelitatem ducis & comitis criminabatur. Ab  
 bates proinde Brabantiae duci suo connuentes,  
 inualidā excomunicationē iudicauerunt, sed In  
 nocentius quartus ciues a iure iurando absoluēs  
 & multa execratione impietatē detestatus, sen  
 tentiā approbavit, & Brabantia quoq; anathe  
 mate percussit. Interea Antistes potentissimorū  
 principū implorato auxilio, Ferandū Comitem  
 Flandrorū, Philippū comitem Namurensem,  
 Lufonē comitem Lossensem, & Henricū ducē  
 arduennæ ad se vocauit, & tribus milibus equi  
 cōfliato ex tūm, peditumq; examinibus instructis, Braban  
 eritu in tiā inuadere proposuit. Ceterū dux legatos il  
 Brabantis lic destinans, in gratiam se recipi optauit; & a Fe  
 am se præ rando patrocinium suppliciter expetens, eius  
 parat. definitione quicquid tandem soluendum diceret,  
 stare se, & soluere spospondit. Sed Antistes nihil  
 lo segnius properauit, qui ducem infidelē exper  
 tus, cōditiones omnes, quas proponebat, semel  
 Miraculū atq; iterū respuit: & legationem quasi indignā,  
 in coeun<sup>o</sup> refutauit. Cūq; vix aliqua via retineri posset, dū  
 do exerci militiæ signum dedisset, miraculo quodā, tantū  
 su. arenosi pulueris equorum strepitū concitatū est  
 ut inuicem se acies decernere non possent. Pro

pterea Ferandus iterū voluntatē ducis proponēs  
& sigillum litteris affixum ostendens, Hannone-  
niæq; comitatū possidendū offerens, donec dā-  
num & iacturā solueret, vix demū Antistitem  
placauit, neq; placasset, nisi alio vocatus fuisset,  
Nam Comes Barensis vltra mosam, omnia ty-  
rannice inuadebat, & turrim de Offen demolie-  
batur, vnde illic exercitum properare, & comiti  
occurrere mandauit, & pactionē suo tempore a-  
duce requirere cogitauit. Quā dum infirmā in-  
stabilemq; esse comperisset, iniuriā post annum  
Ferando conquestus est. Qui duci Brabanto cō-  
ditionem literis renouauit, sed ille ludens verius  
q; ex animo se nullius pecuniæ consciū dicebat,  
Quod grauate admodū ferebat, & diu biles sto-  
machatus, Antistiti & comiti Lossensi insinua-  
uit, se hac illac in Brabantia incursurū, modo ad  
inuadendū ex aduer so ipfi quoq; accingerētur.  
Ea tempestate Decanus Tenensis duci a consili Vide bela  
is, in ludibrium Episcopi, ludicrū exercebat, Mi lū facinus  
tra enim & ornamenti Pontificalibus amictus décani te-  
incedebat; & Archidiaconos, atq; officiales, scri nensis.  
basq; ordinabat, vñcq; adeo, vt plebecula (vt est  
mire ad stultitiam accliuis) dicterñs garriret, at-  
q; sannis efflueret, Episcopi autoritatē execrado  
obedientiam ei dādo, & ordine ecclesiastico ab-  
utendo. Mulierculæ dñs gratias agebant, aniculæ

& iuuenes gratulabantur, pueri acclamabantur, pu-  
 elle gesticulabantur, denique celebri cantilena ta-  
 rum triumphū vniuersi recitabant, quo ab vni-  
 us presbyteri iugo sua colla excussissent. At ve-  
 ro dum tam inepte desiperent, subito morbo &  
 amentia diuinitus percussus est decanus, & lin-  
 guam in os minutatim commoliens, cum com-  
 plicibus suis multa miseria afflictus, interiit. In-  
 de dux exanimatus, sibi periculum imminere,  
 præsagiuit: & Philippum Francorū regem foce-  
 rum suum inuocans, aduersus Ferandū in Han-  
 noniam descendere rogauit. Qui missis prælia-  
 toribus, & vtriusque armaturę exercitibus, castrū  
 Hannoniense validissimum expugnauit. Qua  
 occasione comitem flandrōrum reuocare ab incur-  
 su Brabantiae putauit; Quibus auditis dux confi-  
 dens, Leodium secundo obsidere aggressus, &  
 in Voleniam appropians, multo crudelius quā  
 ante, vniuersa demoliri instituit. Qui hasbaniā  
 populatus, Pagos atque Colonias concremauit.  
 Tungrim expugnauit, & vtricibus flammis pe-  
 nitus deleuit, vt fumus in Leodio densissimus  
 appareret, & ingentem ciuibus horrorem incus-  
 Brabātus teret. Vespare autem Leodium occupare dispo-  
 in fugam nens, ab introitu, quēm tētauerat, cohercitus est  
 adact⁹ est & postridie turpiter in fugam adactus. Nā Du-

Auctio p̄ficiā cem in Strendremalia accumbentem Antistes  
 und, ap̄tūrabo & auctib⁹ cōgimmo es

fere oppressit, & magnam partem exercitus fu-  
dit. Quo successu valentior factus, summa pru-  
dentia fossenses & Dyonenses, quod cū Hoñja  
nis in Hoñum conuenire iusserat, se inuicē per  
abrupta montium in Montigeis operire, horta-  
tus est. Sciebat enim Brabantos impendio lassos  
non posse longius aufugere q̄ forte in Stippes,  
(qui Oppido Hugardiæ, pagus est finitimus.)

Sic in eum mōdum castris ordinatis, duo milia  
passuum contendebant, quo ex condito Lof-  
sensis Comes & ardueunæ dux conuenirēt. Igi-  
tur die dominico, ad quartā Calendas Maias, ca-  
strametati sunt. Brabantus quidem prodigiose  
se inuicē bellico more animatibus. Leodinis in-  
tere a suo Antistiti auscultatib⁹. Qui eos de se ni-  
hil cōfidere, sed de deo presumere, atq; de diuō  
Lāberto martyre (cuius res ibi agebatur) auxili-  
um sperare docebat: & ipse pri⁹ genicularis, oēs  
attēte se inflectere ac peccata cōfiteri admonebat.

Quā pietatē dū aduersarij caluniarentur, & qua  
firustica illa Leodinorum congeries se se dede.  
Diuus Lā-  
rec, insipientissime interpretarentur, ecce ilico, bertus ad  
pulcherrimus ralitię Imperator, baltheo & cly stat.  
peo accinctus, mirabili decore & gloria relucēs,  
eis adstare, & subinde præcedere, atq; Ducem,  
qui in monte cōsederat, impetrere yifus est. Cre-  
ditū est hunc fuisse diuū martyre Lābertū, quē

Bellū in

Stippes

Prudētia

Episcopi.

I iij



& in somno præcipuis viris anteā apparuisse in  
Leodio, & ciuib⁹ de hoste victoriā prædixisse  
affirmāt. Effulgebat tunc solaureus, & in clipe⁹  
os resplendēs officiebat Leodinis, vsc⁹ adeo ut  
nisi hac parte succurrisset diuinū obstaculū, res  
magno eorū periculo stetisset. Dux siquidē habe  
nis laxatis euolabat, & equitib⁹ instructioribus  
imperabat, quoquo modo valerent, Comitem  
Lossensem interficeret. Quē prima coitione im  
petentes prostrauerūt, & eminus ab ephippio eie  
ctū, pene enecauerunt. Sicq; aliqdū resupinum  
iterum atq; iterum frater eius qui coequitabat in  
equū reposuit, vnde quum tertio corruisset, ru  
sticus quidā hūc esse Brabātum coniecturans, fe  
re securi ceruicē prescidit. Profecto arduēnē dux  
patruus ducis Brabantiae, talibus auspicijs deter  
ritus, quū perpenderet leodinos paulatim vince  
re, & decrescere Brabātos, magna voce plurima  
causatus, exercitū auocare conatus es, quasi Co  
mitem Lossensem succubuisse constasset, & in  
discrimē reipub. vergeret, si amplius fugientes  
insequerentur. Quod vtrunc⁹ comes ipse refel  
lens, saluū se esse exclamauit, & iuratissimū pa  
triæ antesignanū, vt ex huiusmodi verbo Leodi  
ni tantū viriū reassumerent, q̄tum opposito ne  
gotio, animi perdidérant Vnde in mediū agnē  
agglomeraui, supra tria milia cōfecerūt, & quin

tua mula n  
redam

et milia captiuauerunt, ut euidenter constaret, Victoria  
quemadmodū olim v̄su venit Iezabeli, quę pro cedit Leo  
phanis v̄sibus, sanguine etiā effuso hereditatem dñs  
sanctorū vendicauit, ita perpetuo illos affligere  
dominū, qui sua temeritate, dei sanctuariū deua-  
stant. Cuius victoriæ primus nunciator hora no-  
na in leodio cōparuit, Monachus ex ijs quos lai  
cos Cisterciēses vocat Antistes redux turrem Hā-  
nuti destruxit, villulas passim cōflagravit, & op̄i-  
dum Levves expugnauit. Ferandus vero Galliſ  
apud Pieton exuperatis, in Brabantiā victor de-  
scēdit, & pactionē rursus validā fieri voluit, quā  
dudum inierat dux cū Antistite. Datis igitur ob-  
fidibus filio suo primogenito, & pleriq; mag-  
natibus. Dux tandem Leodiū profectus est, & cū  
Antistite in gratiā rediit. Circa hoc tēpus anno fa-  
lutis milleſimo ducēteſimo ſexto decimo in tra-  
iecto, ecclesiā dominorum de Iuncis, qui ſe fidei  
milites appellant, cōſecrata eſt, & in incredibiles  
diuitias quibus Turce occurrerēt, breui excreuit.  
Quo anno Innocentius quartus Pont. Max. con-  
cilio cōuocato, quadringentorum & duodecim  
Episcoporū, & quinq; legatorum regaliū, quat-  
tuor ordines confirmauit, quorū primi predica-  
tores & minores eſſent, qui nō modo ſibi ſed &  
alij nosſent p̄fesse, & posteriores ſolitudinē ſe-  
gantes contemplationi vacarent, qui ſunt, ordo

Leu  
Hamū

1026.

Domus Lento-  
niensis Tria-  
nchi fondata

Dux huc  
ordinis R  
a confitit

61

Trititatis, & Scholariū. Cūq; huic Antistes Le  
odinus interesset, & tribus succisiue diebus tres

Vide ma synodi celebrarentur: inter coepiscopos, Hu  
gnificetiā go præstantissimus assidebat, prima die purpu  
& princi; ra amictus tyria qua significabat se principem in  
patū Anti uictissimum, altera die, Holosericū pensile ad ta  
titis Leo. los gestabat, quæ prudentē virū decebat, tertia  
diensis die Pontificali insula instructus, numerū plusq;  
centū milium sibi subiectorū arrogabat. Cui In  
nocentius lacrymā Christi Seruatoris in sudariū  
cōculit, quam indiuiduo suo comiti, administra  
tori monasterij diui Laurentij Ottoni, pariter cū  
iunctura diui Pauli Apostoli seruandā reliquit.

Festū triū Tunc dies triūphi diui Lāberti inter fastos con  
phi diui numeratus est, & hilari peractus sacrificio, quali  
Lamberti ter in hunc usq; diē præseruare videmus. Præte  
rea Anno salutis Millesimo ducentesimo vigesi

Sicritas:  
mo quarto, tanta siccitas tota æstate inualuit, vt  
exanimes plantæ in terrā arescerent, & cāpis pri  
mo flauescitibus, quū aristæ sua cerere luxuria  
rentur, subito in festo Christophori turbo exort<sup>9</sup>  
sic agricolarum spē concussit, vt fame se moritu  
ros putarent, quod non tā abfuit, vt apud Leodi  
um etiā vixvlo precio frumentum cōparari pos  
set, Accessit q; apud Sicābros lupi præ fame pas  
sim infantes e cunabulis, & homines e domicili  
is auferret, quos nulla industria, aut machina co

Portenta.  
Lupi facta a  
numib; et  
lupi. domi  
by mleand

hercere potuerunt. Ignis insperatus Aquisgra<sup>n</sup><sup>3</sup>  
nū fere absorbuit, & supra quadraginta homi-  
nes absulpsit. Sequenti anno peregrinus quidā  
heremita, Balduino Flandriæ comiti simillimus  
cum plurimi de facie conjecturā facerent, Impe-  
ratorē false Constantinopolitanū ementitus, se  
Balduinū esse confinxit, & Comitatum a magi-  
stratibus atq; plebeis Flandrorum quasi a se dere-  
licitū repetens, totos duos menses omnem circa  
regionē deuastauit. Qui a Francorū rege Lodo-  
uico accitus. Hugoni Leodinorum Antistiti ad  
perpendiculū examinandus traditus est, quē de  
administratione prima interrogans, quū nihil re-  
sponderet aliquādiu cūctatus in Coloniā Agrippi-  
nā testē Archijepiscopū se producturū pollicebat.  
Quo iter arripiēs, in via dolose se subducens, in  
Burgundiam occulit, sed facile agnitus, Rule in  
Flandria, infurcā sublimis appēsus est, & mēda  
cñ dedit penas. Interea mense Iulio in Niuellam  
tyranni aliquot e Francia regressi, imprimis Ot-  
to rex, dux Brabatiæ, dux Arduenæ, comes Flan-  
driæ, & comes Boloniæ in clerū cōjurauerūt, &  
seditiose stragē meditati, temere territoria inter-  
se resecuerūt, Ottoni ciuitas Leodina Hōñū duci  
Brabā. atq; castrū Muha. Dionātū duci Bolonię  
et singulis quibusq; singulę regię assignabāt, qd̄  
rex Frācorū subodorat<sup>9</sup> dū Mosā trāsiuisset iuxta

Concordio  
2. 3. 4

Bouinfā, aciem instituit, & ope diuī Lāberti mā  
eyris implorata vicit, & Ottone in fugam cōpu-  
lit, sex comites detinuit. Cui prælio quū non ad  
fuisset dux Brabātus, simultate regē pacare stu-  
duit, & literis in hoc ordinatis gratulari se pluri-  
mū contestabatur. Sed prudentissimo Antistiti  
magis credens, q̄ inconstanti Tyranno respōde-  
re non distulit, & vicissim lēnocinio literario il-  
lum illudere. Igitur chartā cōPLICATAM, sed omni  
no intactā. Sigillo suo muniens, & solo titulo su-  
perposito vestiens, alteras quasdā exiles adiecit,  
sub hac serie. Parū abest hic inanis apparatus, a  
candore tuo hominū infidissime, vt enim plane  
sunt, & sententiarū expertes literæ, ita ab omni  
fide atq̄ iusticia prorsus alienissimus es. Ad hæc  
tempora Hugo in Archiepiscopū Remensem ele-  
ctus est, sed martyri Lāberto multipliciter obno-  
xius, habito in Hoyo magnatū cōsistorio, nulli⁹  
gentis nisi Leodinorū gubernaculum acceptare  
voluit. Administrationē vero opidi, & monaste-  
rii Trudonensis sub se irreuocabiliter recepit, &  
precio atq̄ permutatione abbatię de Vachor &  
Hastirio in diocesi Metēsi cōstitute possedit. Qui  
& in arce Hoñana ægrotās, testamentū quo ege-  
nis prouideretur condidit, & mortē obñt anno  
salutis Millesimo ducentesimo vigesimo nono,  
pridie Idus Aprilis, anno administrationis vige-

*Obnogus p. b.  
utri v. l. b. b.  
gant*

*Hugo 20.*

*i. 22*

simō nono, sepultus in Collegio diui Lambertii  
Floruit sub Apostolicis viris Innocentio quarto  
Honorio tercio, & Gregorio nono. Imperantib⁹  
Ottone quarto, & Fræderico secundo. Regnau-  
tibus Alemannis Philippo & Henrico filio Fræ-  
derici. Sub quo monasteria aliquot extructa sūe  
Monasterium ordinis cisterciensis quod dicitur  
vallis dei, & monasterium hochtanū Traiecto fi-  
nitimū. Assumptis virginibus e monasterio S.  
Saluatoris, montis Aquensis

¶ Trigesimus septimus Antistes

Iohannes Oppia regū Francorū origine clarus  
summi Collegij prepositus, sexta hebdoma-  
da auunculo suo Hugoni suffectus est. Qui  
proxima ordinatione cōsecratus, in monasterio  
vallis diui Lāberti primitias peregit: et villā (que  
zitare dicitur) duabus milibus marcharū cōparās  
Valeriano comiti in feudū supposuit. Qui ne-  
scio qua occasione condicione infringens, villā  
Tectis cōbuslit, & Antistitē erga se prouocans,  
ad montē Louis secessit. Deinde fortius irrūpens  
opes ecclesiæ diripere, & castrum cui nomen est  
Smaragdo usurpare ausus, antistitem se insequi  
maxime Flandrorum copijs coegit. Quibus ad  
Mosam cōuenientibus dum medius equitaret,  
subito dolore correptus, & infijs præliatoribus  
extra acie in Horjum aduectus. Obiit anno ad.

63

ministrationis octauo, mēse septimo, sepultus in monasterium vallis diui Lāberti. Cuius mors immatura male cessit Leodinīs, ut etiam exercitum dimittere & valeranum non diutius persequi co gerentur. Floruit sub Apostolico Gregorio no no. Imperāte Frēderico secūdo, exedificata sunt cœnobia, Hōj cruciferorum, Leōdī minorum (quod belli reditus dicitur) & P̄ædicatorū, atq; Scholarium, quorū situs est in insula diui Pauli.

**T**rigesimus octauus Antistes  
**G**Uilielmus Comitis Flandrorū frater, dissidentibus electoribus Ottoni Traiectēsi Pr̄posito prælatus est. Quē quū in Romāna curia superasset, a Gregorio nono cōfirmatus regrediēs in via defecit, sepultus in Cathacōba monasterio Cisterciēsi. Interea ab Ottone alter intro duct⁹ est, quē alij repudiarūt, & anno toto sedes vacauit.

**T**rigesimus nonus Antistes.  
**R**Obertus Lingonēsis Episcopus, quū elec tores in tres acclives essent, cæteris māsū etudine sua cōmendator, & titulis glori osior extitit. Igitur sano concilio Gancathalensis Episcopus & german⁹ Guliermi, postpositi sunt & ipse filius Comitis de Potier præpositus sunr mi Collegij, ac sacræ Theologiæ professor gra fiose admissus, ab Iacobo Cardinale & Pontifi Max. a latere legato cōfirmatus est. Qui ecclesię

Leodine q̄ plurima preciosa donata propriauit  
& populos pacifice moderas, vicinis etiā natio-  
nibus in ore fuit. Nā Guido Antistes Cameracē  
sis eū apprime venerabatur, & q̄ familiarissime  
eōpellabat. Veritatem ad rē aliquanto audior,  
& ad honores anhelantior creditus est, q̄ decebat  
Antistitē. Ut enim Archiepiscopatū Remēsem  
nancisci posset Leodinā, gente contēpsisse & de-  
traxisse fertur. Quo tēpore tāta siccitas fuit, vt ie  
junio quatriduano publicitus indicto, omnes cō-  
ciliare sibi dominū curarēt. Cūq̄ clerus supplica-  
tionibus intenderet, sub ipsis pēpis sacris repen-  
te tanta aquarū abundantia irrorauit, vt suū or-  
dinē incessumq̄ vniuersi intermitteret, & in edi-  
bus ciuiū irrueret. Obiit in castro fossiensi anno  
salutis Millesimo ducētesimo quadragesimo sex  
to: decimo septimo Calēdas Nouēbres, āno ad  
ministrationis sexto, sepultus in monasterio Cy-  
sterciēsi, cui religioni singulariter affectus a Ste-  
phano Abate & primoribus patrib⁹ petiit, vt  
festū beati Lāberti Martyris totus ordo festiuis  
laudib⁹ quotannis celebraret. Floruit sub Apo-  
stolicis viris Gregorio nono, Celestino. 4. & In-  
nocentio quinto. Imperāte Fræderico. 2. Claru-  
it Lambertus Canonicus & Cātor diui Dionisij  
qui monasteriū montis roberti reēdificauit, post  
quæ Minoritæ cœnobium suum nouem annis

Siricac  
amē  
orato  
hymnū  
Miraculū

1246.

64

inhabitatu reliquerunt, & in Richefontē secesserunt, cuius loci praeconiū Sebastianus quidā heremita celeberrimū exhibuerat. Consecrata est etiam ecclesia diui Leonardi apud Hoñum, & facella aliquot passim constructa, Christiano ritu nuncupata sunt.

¶ Quadragesimus Antistes.

**H**Enricus frater comitis Gelrię, vix tādem impellente Petro, Pont. Max. legato, electus est, adolescens ad militiā verius, q̄ ad ecclesiæ gubernaculū educatus. Neq; enim in Episcopū consecratus est, nisi quī cōpellebatur Ceterū luxū perditissimus, filias ciuiū deperīt, & tantisper infecutus est: donec prece vel precio aut etiam vi oppimeret, crimen profecto nō dicā christiano Episcopo, sed etiā homiē indignū Vnde gnatos ex stupro natos supra viginti habebat. Porro anno salutis Millesimo ducentesimo, septuagesimo quarto, quo romanus Pontifex in Sarracenos exercitū conflaret. Henric⁹ pater cum Leodinis, Hoñanis, Tungaris atq; dinensibus aduolauit, sed clam apud Urbanum quartū accusatus, in concilio Lugdunensi destitutus est. Prefuit annis viginti septē, & adhuc superstes, tres post sē vidit Episcopos, quos singulos bello incessere ausus est. Interfectus est autē prope Francimontū ab Oderico de pratis equite

an 1274

autroto, anno salutis millefimo ducētesimo octu  
agesimo quarto, sepultus Ruremundæ. Prælia  
quæ fortiter excitauit, varia sunt. Primū aduerso  
fus Remensem archiepiscopū, copias produxit  
sed ignobiliter reuocare coactus est. Deinde in  
Aquenses irruit, quos ex decreto Ponti. Maxi.  
Gulielmū Hollandiæ comitem, recenter in Ale  
manniæ regem electū fuscipere in ciuitatem su  
am cōpulit. Præterea nondum in sacris constitu  
tus, quum seditio esset inter clerū & ciues Leo  
dienses, sua præcipitatione perturbauit omnia.  
Clientulus enim cuiusdā canonici diuæ crucis,  
ciuem leserat: in quem magistratus animaduer  
tit. Vnde canonici suas immunitates violari ar  
bitrantes, priuilegiū ab Henrico Imperatore cō  
cessum allegabāt: quo ipsimet suam familiā cor  
rigere volebant. Interea ciues apud Gulielmū  
Alemanniæ regē satagebāt, vt id reuocaret, qua  
re Canonici illos seditionis fotores reputabant,  
& ecclesiastico interdicto submittebant. Quod  
non ante cessabat: donec nudis pedibus veniam  
præarentur, & autoritate cleri duo burgimagi  
stri instituerentur. Quos ut compertū est nimi  
um clero fauere, Scabini rursus descierunt, &  
hac a Leodio decesserūt: dum illac Canonici di  
ui Lamberti abscessissent. Serpsit hæc proterua  
Honū usq; qui se Leodinis ciuibus admiscētes

K.

Comes Holla  
landi  
et Roma  
nus

Fripten Andre  
marpi Gastibit  
doci tumuli i. p. n.  
p. t. alq. n. dom

Tumul  
apud Leo  
diūm.

Dionenses & Trudonenses secū pertraxerit, vñ  
 multo discrimine res patrię starent, & cede atq;  
 rapina vtrīmꝝ se afficerent. Tunc Antistes ne-  
 gotio canonicorū se ingerens, quū singulas ciui-  
 tates abscq; autoritate, Burgimagogos instituit  
 se audiuisset; in villanos arma arripuit. Et inter-  
 cedente comite Gelrenſi fratre suo, Paulis per ab-  
 incursione sibi temperans; demū pacem etiā in-  
 fregit, donec Petrus Legatus, vtrāq; partem cō-  
 posuisset. Sed tertio insaniētibus Leodiniſ, An-  
 tistes ad Ducem Brabantiae confugit, & assigna-  
 tis ei ditionibus, Machliniā, Hugardiam atq; Ba-  
 uentiam spontane cōtulit. Sicq; ducis adiutorio  
 & comitis Losſen. & Gelren. atq; Iuliacensis co-  
 pñs fretus, Trudonensem agrū incursauit. Cui  
 occurrentes Trudonenses, pacem inierunt, de-  
 inde etiam in Varenniā properans, Burgimagi-  
 stros proscriptis, & breui ſic Leodinos deterruit  
 vt illū pacatis rebus in Leodiū admitterent, qui  
 cū in montem Vvalburgi arcē potentissimā cō-  
 titueret, ab Archiepiscopo Colonensi impellē-  
 tibus Leodīs consecratur in Antistitē & Abba-  
 tē Monasterij Stabulani. Floruit ſub apostolicis  
 viris Innocentio quinto, Alexādro quarto, Vr-  
 bano. 4. Clemēte. 4. & Gregorio. io. Imperan-  
 tibꝝ Vvilelmo & Ricardo. Floruit ſanctissima  
 Iuliana, q̄ oraculo quodā dū inclusa eſſet, festū

**Antistes  
in patriā  
Leodien-  
ſem incur-  
ſat.**

Initiū Dcl. v.  
corponꝫ aſtū

Venerabilis sacramēti post Pēthecosten celebrādum, collegio diui Martini, proposuit, quod ab Urbano quarto mirifice dilatatū est in vniuerso orbe terrarum perpetuo celebrari.

1274.

¶ Quadragesimus primus Antistes

**I**oannes Anginus Tornacensis Eps, franco-regis nepos & doctor Theologus, olimq; abbas Stabulah<sup>9</sup>, formosus & māsuēt<sup>9</sup>, in Lugdunēsi cōsilio, subrogatus est anno salutis 1274. Cui Rodolphus rex Romanorū impēse fauens condonationes aliorū Eporū indulxit: & priuilegia nō immoda cōcessit. Verū in fata se indigōna incidit, & ob vñū bouem quē suffurat<sup>9</sup> erat Ballinus Cōdrosius, tres viros nobiles castri beli fortis letaliter inimicos habuit. Quib<sup>9</sup> impulsoribus statim Lymburgēses cennacū obsiderūt & ignib<sup>9</sup> cōcremarūt, & Brabatię dux ac comes Flādrensis atq; Namurcēsis, totā terrā Leodino rū populati sunt, & Meffam incéderūt. Post q̄ Antistes anno administrationis septimo, ab Hērico nuper ab Episcopali munere destituto, persequut<sup>9</sup>, cū capt<sup>9</sup> in equū alligat<sup>9</sup> fuisset, subito delapsus in terrā, exanimis iacuit, Cumq; diu ad portā monasterij Helichenij delituisset: & in hū gardiā iuxta condictū ad consiliū Magnatū properaret: corpore obesus vix respirare potuit, ibi in byrrum Pontificiū caput reclinans, animā ex-

K. II

halauit Necis autorem, Arnoldū comitem Lof  
sensem esse volunt, qui interrex (quē alij Mam-  
burnum patriæ, deficiente Antistite vocant cū  
Etis odibilis est depositus. Ob̄t anno administra-  
tionis octauo, sepultus primum in eisdib⁹ diu⁹  
Mariæ virginis, at postea translatus in Collegio  
diui Lamberti. Floruit sub apostolicis viris, gre-  
gorio decimo, Innocētio sexto, Adriano quin-  
to, Ioanne vigesimoprimo, Nicolao tertio, &  
Nicolao quarto, Imperatibus Richardo & Ro-  
dulpho.

**¶** Quadragesimus secundus Antistes  
**I**annes, Guidonis comitis Flandrō filius,  
 Archiepiscopus Metensis, resignata in man⁹  
 Martini quarti Pont. Max. Metensi adminis-  
 tratione, Buchardum idētidem electū, Romæ  
 superauit: sed alia parte felicē fecit, dum ei Metē  
 sis cura commendaretur. Qui in Antistitem cō-  
 secratus anno Millesimo ducentesimo octua-  
 gimo secundo, cū duce Brabantiae sororio suo,  
 Valkenburgensem arcē obsedit: sed expugnare  
 non potuit, & postea discordantibus clero & ci-  
 uibus Leodinis, inuicēq; fere toto anno tumul-  
 tuantibus: pacē instaurauit. Deinde Synodū ce-  
 lebrauit, & articulis pluribus roborauit, qui ha-  
 stenus librū non exiguum cōplent, cui nomen  
 affixum est Sinodalia Ioannis Episcopi Leodi-

1282.

¶ 2.

sis, cum Nouerca sua pessime illi cōuenit; cuius  
instigatione: quinq̄ mensibus captus creditur a  
Lutzemburgensi comite, quū ignorantibus ser-  
uulis in syluā Bullonij diuertisset, sed autorē &  
captiuitate iureiurando reticere coactus est, neq̄  
extra suspicionē, aliquid scitū est. Obñt anno sa-  
lutis Millesimo ducentesimo nonagesimo secū-  
do, secundo Idus Octobris, anno administratio-  
nis vndecimo: sepultus in Flādria. Putatur calcu-  
lo perñsse. Floruit sub apostolico Nicolao quar-  
to, & Imperāte Radulpho & Adulpho. Vaca-  
uit sedes Leodina annis quattuor. Inter rege de-  
clarato Guidone de Hannonia. Quo rēpore dñ  
in Traiecto utriusq; sexus homines choreas du-  
cerent, neq; eucharistiæ sacramento, quod ēgro 36.2  
Ultio die-  
to a sacerdote deferebatur, honorē darent, pōns uina in  
ipse ligneus cui innitebantur, subito diffusus est, Eusebius / he  
zortuado.  
& in Mosam non minus q̄ ducēti demersi sunt: ses. Louzak  
& aquis absorpti.

**¶** **Quadragesimustertius Antistes**  
**H**ugo de Cabilione, ducis Burgūdiæ con-  
sanguineus, post quartū annū, diploma-  
te Bonifacij confirmatus est, & gubernia-  
culū suscepit anno salutis Millesimo ducentesi-  
mo nonagesimo sexto. Qui nobilitate conspicu-  
us, & muneri gerēdo accommodus, vtpote Ep̄us  
Cabolensis, & Arnoldi comitis Auergicū. fili⁹,

K ij

of  
m  
ū  
tra  
uz  
gio  
re  
uin  
&  
Ro  
  
us,  
an  
ni  
næ  
etē  
cō  
ge  
uo,  
are  
ci  
ul  
ceo  
ha  
nen  
diē

67

statim gratia sua abusus est, & seditione magna  
tū fouens, spectator plerūq; prēriorū in publicū  
prodibat. Nā multo sanguine insectatē sunt se  
inuicē duę clarissimę progenies: dñorū de avvās  
& vvarons. Vnde accusatus super strage multo  
rū, & falsa moneta, atq; ecclesiasticorū honorū  
profusiōe: quū intime a Bonifacio amaretur, ad  
archiepiscopatū Bisuntinū assumptus est. Admi  
nistrauit annis sex. Floruit sub Celestino quinto  
& Bonifacio octauo. Imperantibus Adulpho,  
& Alberto.

¶XLIII. Antistes

**A**Dulphus & V. valdoch, ex Helena filia  
Marchionis Brandenburgensis, summoto  
Hugone per Bonifaciū institutus est an  
no Millesimo tricentesimo primo. Qui in nata  
li Christiano Leodiū adueniens, ingenti appara  
tu exceptus est; & armatus forū obequitās, vſu  
rarios & trapezitas, dirutis illorum domicilijs a  
ciuitate exturbauit. Ceterū Fossenses aduersus  
clerū seditione agētes, quū insurrexissent, statim  
sua oratione sedauit: & quū alias ad colerā pro  
pensus esset, castrū Mirua, atrociter oppugnauit.  
Vnde Leodiū reuersus, veneno perīsse dicitur  
Obiit āno admir.istratiōis. i. Mēse Decēbri, sepul  
tus in collegio diui lāberti. Floruit sub ap̄līcīs vi  
ris Bonifacio octauo, & Bñdicto. ii. Imperante  
Alberto,

¶XLV. Antistes.

**T**heobald<sup>9</sup> frater Comitis Barēsis, vir mul-  
ta doctrina & facundia p̄ditus, quū orato-  
ria functiōe Romę claruiss̄t a Bñdicto.ii  
cuius dictator fuerat, Leodinis in Antistitē desti-  
natus est, quū interea Gulielm<sup>9</sup> Atrebatis ele-  
ctus esset, sed aulę & laborę pertefus, aliq̄diu de  
liberās, cedere q̄ administrare maluit. Qui in Le-  
odiū adueniēs, anno Millesimo trecētesimo ter-  
tio, oīa pturbata inuenit, lites q̄ ppe fuscitatę fue-  
rāt inter Ioannē patrię interregē, & ducē Brabā-  
rię, vnde vtrīm q̄ incurſantes, pagos cōbusserūt  
& se mutuo occiderūt, q̄ sua industria statui cō-  
posuit. Ver̄ haud multo post cū Hērico Alemā-  
nię rege, & comite Lutzēburgensi, plurimis q̄  
magnatib<sup>9</sup> Romā pfect<sup>9</sup>: quū illū coronare nol-  
lēt, resistētib<sup>9</sup> Romanis, in coitiōe prima fese in-  
gerēs, sagitta trāfixus interñt, āno administrati-  
onis. i7. Calēdas Iunias, sepultus summo hono-  
re in Basilica apli Petri. Floruit sub aplicis viris,  
Benedicto.ii & Clemēte.5. Imperatib<sup>9</sup> Alberto  
& Hērico Lutzēburgen.

**CXLVI. Antistes.**

**A**Dulphus a Marcha Francorum sanguine  
cretus, a Clemente.5. Pōt. Max. ex Diaco-  
no in Antistitē sublimat<sup>9</sup> est, āno salutis,  
Millesimo trecētesimo. i2. Qui sub natali dñico  
gloriose Leodñ receptus est, & vir ad optima  
K iiiij

natus, horrēda semper seq̄z indigna sustinere debuit. Ingruebat enim vndiq̄z inimicitiae, & nulla via coherceri poterant. Idcirco nolens volēsarma indutus, castrū Avvans, & Clarimontū, vilas atq̄z opida finitima, quorū causa patria tū impetebat, iure belli sub se recepit, & conquiescere cōpulit. Sed rursum emergentibus factionib⁹

**Factio no  
biliū fami  
liarium** familiariū de Avvans & Vvarons, anceps præbiliū familiarium cōmissum est, & vtrīmq̄z plurimi corrue-  
runt. Accessit quod senatus Leodinus aduersus Adulphū rebellauit, qui adiunctis sibi Hoñanis

**Antistes  
aduersus  
Leodios  
belligerat** Tungaris & Trudonensibus, in planiciē prodi-  
erunt, ibi Antistes acriter dimicās, magnifice tri-  
umphauit, & cesis trecentis viris, multis præ-  
rea captis, ac vulneratis, impetū aliqdū compes-  
scuit, secundo Trudonēses oppressit, tertio Tū-  
garos in Colonia Alkenſi omnes in vnū fere ex-  
tinxit. Qua potitus victoria, familias Vvarons  
& Avvans de generositate iā triginta & septem  
annis cōtendentes, vocatis partibus, in monaste-  
rio diui Laurentij cōposuit, e quibus cū amicitia  
inita est, vtrīmq̄z numerati sunt circiter triginta  
duo mīlia corruisse. Geterū Adulphus iusticiæ  
zelator, non instrennu⁹ in Holonia quosdā san-  
guinolentes obsedit, quos delitescere nouerat in  
domicilio Ioannis ab Hardnemonto viri Eq̄stris  
ordinis, e quibus præcipuū capite truncari iussit

*Alken.  
Bellw.  
8.*

*Institutio*

alterū equis distrahi, tereifū cæco carcere vitā finire. Quod cū male haberet Leodinos, maxime quod nouitius & vixdum electus Antistites, talia præsumebat. Inter regē suū comitē Lossensem constituebant. Vnde nobiles in ciues Leodinos & promiscuā multitudinē arma arripientes, macellum & officinas appēdicesq; casas ignibus cōcremabāt. Qui arnoldū a Blanckenhem inuocātes, quē consentientibus maioribus collegij ante signanū constituerāt, certamen apūd diuū Martinum cōmiserunt. Nobiles inferiores facti quū in turrim cōfugerent, ibi q; se saluare cogitarent insaniente vulgo ignis suppositus est, & fere ducenti nobiles suffocati. Deinde etiā Hoñanis vi sum est imperium detrectare Antistitis, quare in eos copias producēs, quū ex aduerso illustris dominus a Balchon, atq; Dionenses occurrerēt, datis belli inducējs conuentū est. Cæterū leui argumento iterū dissoluti, interdicto Pontificio percussi sunt, sed ad Coloniēsem Archiepiscopū appellauerūt Antistes interea patrię defensorē quē Marscalcū appellant. Dominū ab Harmalia constituit, contra quē Leodini comitē Lossensem eō ligentes, Harmaliā succederūt, & Antistitē aufugere cōpulerunt. Quē Abbas Stabulanus in Brabantia recipi procurās, nouę cēcordię autor fuit, vt etiā cōsensu Antistitis Comes lossensis Mā

Nobili —  
malitia ve  
nitio.

Seditio Le  
odiorum.

Hoñani  
imperiū  
Episcopi  
detrectat

Pestis in-  
ualuit -  
*famag.* burnus ordinareur. Tūc tēporis tanta pestilētia  
ac fames per patriā inualuit, vt in plateis plurimi  
cōspicerētur spiritū exhalare. Quibus plagiis vix  
cessantib⁹. Antistes cū duce Brabātię terrā Valc

*Herl-*  
*ff. 2.*

kēburgensem incursauit; & castrū Herle diruit,  
& subinde cū comite Lutzēburgensi contendit.  
Qui pariter cū Comite Namurcēsi obrepēs, taci  
to cuniculos posuit & in Cēnacū irrupit, sed opī  
danis ad arma cōfluētib⁹ oēs in fugā cōuersi sunt  
Quos potētissimi quiqz Leodinorum irridētes,  
quū eis bilē mouissent, illi in Almonseies egressi  
partim capti sunt, partim occisi. Cæterū Hoñani  
hostiliter simultatē aduersus Antistitē tercio ex-  
ercētes, cōflictū indicto, quū nō prodirēt: in ciui-  
tate sua interdicto puniti sunt. Sed in Hasbania  
*Hasbania* multa domestica bella suscitata sunt. Ita vt sic no-  
biliū strēnuitas (quorū ibi potētissima semper na-  
tio fuit) inter se belligeraret, vt nullus tuto pene-  
trare posset. Qui dū inter se cōuenissent. Tūgrē-  
ses atqz Hoñanos perturbabāt, quibus nō obsistē-  
tes, magna strage in eos debachati sunt, vscqz a-  
deo vt Marscalcū captiuū abduxerint: & cū An-

In loco fi-  
nitimo apud Haslettū postridie octauarū diui Lambertii  
Haſſelē stata prælij dies est, & Leodini atqz Hoñani deni-  
præliū cō qz maliuoli omnes ab Antistite, aut occisi sunt  
citatū est (plusqz octingenti) aut capti fere innumeri. Por-

ro Antistes (vt validissimus erat) stipatus poten aduersus  
 tia comitis Gelresis, Com.tis Volfari, Comitis Antistite  
 a m̄tibus, H oñū occupauit, & seditionis autores & Halba,  
 cōprchēdit, quos vt cōpertū est fuisse canonicos nos  
 sacerdotia in alios trāstulit, & vulgū in gratiā re  
 cepit. Subsequuta est ingēs exactio, stipēsatelliti  
 b⁹ ex cōdicto deposcētibus, quare duci Braban-  
 tiæ Mechliniæ, subscribētibus canonicis diui Lā  
 berti Antistes vendidit, potissime quū ciues ad  
 ducē magis propēsos perpenderēt, q̄ ad antistite  
 Propterea appēdit Comes Flandrorū centū mi-  
 lia aureorū, pactū approbāte Romano Pōtifice.

Cūq; anno salutis. i3; 10. pridie diui Sebastiani,  
 absq; liberis excessisset e vita Lodouicus Comes <sup>Comitat⁹</sup>  
 Lossensis, Comitat⁹ ad Antistite deuolutus est, Lossensis  
 quippe quē Comiti ceu fēudatorē transportauē ad episco-  
 rat, vt pote quē illi⁹ auus Hugoni spōte in ara di⁹ pū deuolo-  
 ui Lāberti obtulerat. Post quā Dionenses in ma <sup>uitur</sup> 71.  
 gistratū insurgentes, iussu Antistitis nominatim  
 proscripti sunt, quod quarto tentatum est apud  
 Hoñanos, qui⁹ ex omni ordine designauit vi-  
 ros quattuor, totidē ex magistratibus, totidēq; e  
 Canonicis. Quorū verbis quū se stare affirmas-  
 sent, sed postea tergiuersarētur, ita antistite cōmo-  
 uerūt, vt fere in amētiā inciderit. Quod fere Tru-  
 donēses imitati, quū in Leodiū aduocati essēt iūc  
 oratiōe antistitis istructi sūt, vt hoñ. quoq; ad cōci

<sup>69. 2</sup>  
 Mechlinia.  
 a rōto lōd.  
 endit

20 fol.

liandū induxerint. Qui nuntiis præmissis, cū sa  
gittariorū industriæ fiderent & sicarīs stipati in  
consiliū properarent: negotiū omne suspectum  
reddiderūt, vt Antistes armat⁹ obuiauerit. Qui  
quū in nauim decertandi causa profiliūset: quat  
tuor nobiliores e fam. lia sua interfici conspiciēs  
sic ira intabuit, vt morbū grauē incideret, & no  
na die mortem obiret. Defunctus est anno admi  
nistrationis suæ trigesimo secundo, tertio Idus  
Nouēbres, sepultus in collegio diui Lamberti,  
Floruit sub apostolicis viris Clemente quinto,  
Ioanne vigesimo secundo, Benedicto duodeci  
mo, & Clemente sexto. Imperante Hērico Lut  
zenburgensi. Vacavit sedes mēsibus trib⁹. Sub  
quo viseti tralatū est corpus beati Hadelini, &  
ibidem institutū est collegiū canonicorū, & ca  
strum Valckenburgū expugnatū est a Brabatis

ff. 2.  
B. 4.  
**¶** Quadagesimus septimus Antistes  
**E**ngelbertus a Marca filius comitis a Mar  
ca, cuius Adulphus patruus fuit. Præposi  
tus collegiū diui Lamberti, ex filia domini  
de Mesemalia Auiōnione a Cardinalibus electus  
& a Clemente sexto in auspicīs quadagesimæ  
confirmatus est, anno salutis millesimo trecento  
simo quadagesimo quarto. Qui pacē cū Hoñā  
nis initam sua autoritate sanxiuit, & cōfilio Ab  
batis. s. Nichafū Remensis Pont. Max. legati fē

dus pepigit inter comitatū Loffensem & colle-  
 giū diui Lamberti, etiam reclamantibus canonis-  
 cis. Vnde appellatū est ad Pont. Max. & excom-  
 municatione percussus dñs Hensbergus: atq; cō-  
 posidores alij facti transfuge. Ceterū consistorio  
 Magnatū aduocato, Antistes properauit Vocē  
 nam, quo se præstolantibus Hoñariis atq; Leo-  
 dinis, subesse intellexit insidias, & armatorū cu-  
 neo conspecto pernicibus equis abscessit. Quib⁹  
 insequentibus, quū eos Antistes potentia qua-  
 durplo excederet (fortissimos enim præliatores  
 delegerat, D. Comitē a Montibus, Comitem a  
 marca. D. a valckēburgo atq; p̄cipuos quosq;) 3  
 magna ex parte prostrauit, & spectatores sacer-  
 dotes viginti sex, et clericos viginti octo, deniq;  
 leprosos ac mulierculas (in summa) quingentos  
 & amplius interfecit. Adde facinus miserabile, Facin⁹ mi-  
 dum fœmina parturiens, cuius in vtero palpita- ferabile  
 bat infans, quū ex terrore cruciatus euenisset, sa-  
 cerdotem aduocaret, cū scelerā cōmissa confite  
 retur, & baptizandum fetū porrigeret: irruenti-  
 bus sacrilegis, matrem vix dum partum enixa,  
 cum sacerdote peremerunt, & horrendi facino-  
 ris immanitate deum, incitauerunt, vt protinus  
 versa vice, Hoñani victores efficerentur, & in Hasbano  
 ciuitatem redeuntes, Magnatū ædes passim suc rū tumul-  
 cenderet. Quo exemplo sibi proposito Hasbani tus

Hasbano & domiciliū quoq; magnatis ab Hamel, demoliti  
 rū tumulū sunt, & Leodini arte militari castrū Muha circū  
 tūs. cingentes, turmis instructis, Dionenses ad custo  
 diā, deinde Trudonēses atq; Tungaros ad pro  
 pugnacula ordinauerunt. Quos Abbas Alnien  
 sis ab obsidione reuocans, Traiectū adire, & a  
 pud Antistitē, cū aduersario expostulare consu  
 luit, at in via ordinatis insidīs, quū dolos subef  
 se suspicarentur, turmatim retrocesserūt, & cō  
 sultatione habita, castrū adorti, deterrit i scustodi  
 bus irruerūt, deniq; quinto decimo obsidionis  
**Antistes** die solo æquarūt. Contra quos ilico antistes om  
 potētiā omnē ad posuit, & insolentiā tantā rep̄ssit. In terea demor  
 uersus **Hasbanos** tuo clarissimo viro Theodorico Hensbergo, co  
 mitatus Lossensis, ad Antistitē redīt, quē dum  
 Dalenbreickus huius nepos usurpare pr̄sumie  
 ret, adhibitis munitionibus Antistes cohæcuit.  
**Stockhē** Vnde in arcem Stochemij cū suis fugientem in  
 sequutus, se in manus dare, & ius omne oblito  
 rare cōpulit. Quo statu rerum, a Coloniensibus  
 in Archiepiscopum suffragīs legitimis electus  
 est, & nobis habenas moderari desinit anno ad  
 ministrationis sue vigesimo. Floruit sub Aposto  
 licis viris Innocentio sexto, & Urbano quinto,  
 Imperante Carolo quarto  
**Quadragesimus octauus Antistes**

**I**oannes vltra Traiectensium Episcopus, filius domini ab Erekell, ex filia comitis Verneburgensis, in sacris atque sacerdotalibus literis non vulgariter institutus, in Antistitem Leodinorum assumptus est anno salutis Millesimo trecentesimo sexagesimo quarto. Qui patriæ causas, ecclesiæque patrimonia discretius inuestigans, pactio ne Dalenbrochi qua comitatuum Lossensem D. a Rūmis vendiderat, impiam esse cauſatus est, & non acquiescente magnate Rūmensi, caſtrum eius Rūmis obſedit, & nona decurrente hebdomada ad deditio[n]em perduxit ac diruit, Quo nimium cōſternatus, modis omnibus beneuolentiam Leodiorum captare studuit: & in Collegio diui Lamberti scriptis articulis, ditionē Losſen. Antistiti vero hæredi summisit. Obiit anno salutis Millesimo trecentesimo septuagesimo octauo administrationis anno terciodecimo, sepultus in collegio vltro Traiectensi. Floruit sub A. postolico Urbano quinto. Imperante Carolo. **4** Cuius temporibus e Germania non pauci homines, spuma & effrenitate tabidi, instar amentium, Leodium gesticulando saliendoque peruenierunt, quos clerici sacris zonis constringentes, ex orcis misib[us] insanis repurgarunt.

Rūmen

*Insania*

**¶** Quadragesimus nonus Antisles

fferalib⁹. Dicitur sūda fructus y brili p̄tib⁹ p̄fundit, apud ob⁹. Brili  
m̄q⁹. d̄ lumbas belli. alio. d̄k̄. nisi h̄. et m̄p̄ ad f̄s̄p̄. d̄.  
claram⁹. et p̄ay d̄ḡp̄. 72

**A**rnold⁹ Horne⁹, filius comitis ab Horne  
identidē vltra Traiectensiū episcopus, ab  
Urbano Pont. Max. cōfirmatus Canoni  
cis atq⁹ magistratibus diploma exhibuit, & Eu  
stachium Persandū subinde admissum, cōfirma  
ric⁹ desyderantē, sua presentia depresso anno sa  
lutis Millesimo tricētesimo septuagesimo nono  
Qui biennio magna trāquilitate administrās, dē  
mū a Ioanne Rodemaco impugnatus est. Qui  
missis fecialibus, pactū patris, cū Leodīs infre  
git, & ante dācas literas, tyrannice omnia agens  
Pagū Bullonensem cōflagravit, castrūq⁹ adort⁹  
est. Quibus auditis Eps Gallica oratione Leodi  
os cohortatus, oēs adeo sua præsentia permouit  
vt citra cunctationē, cū Hoñanis atq⁹ Dionensi  
bus, ciuitatē egressi, inimicū pene in castrū Che  
chepyre delitescētem, opprimerent. Quod pro  
tinus ignibus summotis accēdentes, hostē in tur  
pem fugā adegerunt, & fugientem viriliter in  
sequuti, quū autorē assequi non possent, ad con  
plicū opes diripiendas diuertunt, & castrū lupi  
**Terremo** situs, ditionis Barenſis, contriuerunt. Post qua  
tus duodecimo Calendas Iunias, terræmotus sere  
nissimo celo proueniens, patriam omnem indo  
mito turbine concussit, & magni alicuius malī  
horrorē Leodīs attulit. Forte enim tunc magi  
stratus, accusabatur, & nominatim Frerardus,

Quoq; sumt' p' substatiōē sīm' sīm' ſitūtū. 1389.  
qui aliquoties munere publico perfunctus fuit, Duxia  
Psal.  
& a Ioanne Coquo fidelissimo viro, decodīōis  
reipublice insimulabatur: quare decreto Antisti-  
tis extra patriam proscriptus est, & hac parte ci-  
uibus prouisum, vt quotannis in festo diui Iaco-  
bi Burgimagistri eligerentur, ne passim Scabini  
(sic enim seruatores vocant) omnia sic definiret  
quēadmodū annis superioribus fecisse eos com-  
pertum est, vnde & omnes præter vñū exulare  
coacti sunt. Sed quū morbus quoq; idem in no-  
uitijs deprehenderetur, quarto decimo calendas  
Septembres, senatus consulto exulare iussi sunt,  
& noua constitutione ordinatum est, vt Leodij  
quotannis viginti duo iudices resideret, qui eti-  
am in Pontificis sententijs, & ciuitatū determi-  
nationibus, censurā ferrent. Obiit anno salutis,  
Millesimo tricētesimo octuagesimo nono, septi-  
mo Idus Martias, āno administrationis decimo,  
sepult⁹ Hornę. Floruit sub Apostolico Urbano  
sub scismate quod triginta nouē ānis ecclesiā cō-  
cubauit, Italia, Germania Pannónia Vrbanum  
sextum, Gallia vero, Hispania, Cathalonia, &  
Britannia, Clementē sextū venerantibus. Quo  
rebus humanis exēpto, Magnates territorij Leo-  
diū conuenientes Canonicos prēcibus pulsabāt  
vt e familijs patrię, muneri gerendo aliquē deli-  
gerent. Quēquum ad septimū Calēdas Apriles

*Theodoricū a Marca, prudentem iuxta ac illu-*  
*strem virum, designassent, atq; adēo confirmā-*  
*ri desiderassent, maximopere ille litteris pluri-*  
*ma causatis, tantē dignitatis se inhābilē pronun-*  
**Marcia p** *ciauit, & rarū toti sāculo humilitatis exemplū*  
*genies dedit. Ex quo facile coniectare licebit, q; affluen-*  
*ter Marca illa progenies, olim & floruerit, & pa-*  
*triam sibi demeruerit.*

**¶ Quinquagesimus Antistes**

**I**oannes a Bauaria, filius Alberti ducis Baua-  
 riæ, comitis Hannoniæ, Hollandiæ, Zeladizæ,  
 Oesteriuaneñ. domini Phrisiorū, corpore spe-  
 cabilis, verbo affabilis, moribus cōpositus, ex-  
 actis decem & octo annis, Leodinā administra-  
 uit ecclesiam anno salutis Millesimo trecētesimo  
 nonagesimo. Qui cū patre & Gulielmo fratre,  
 octauo idus Maias, equitibus mille Leodiū ad-  
 uenit: & postridie comitatū Hannoniæ īsdē fē-  
 dalē concessit. Porro a tenellis vnguibus erga su-  
 am gētē magis affectus, zelū populi haud cōqua-  
 nimiter tolerauit, & iniuriam Balanto irrogatā,  
 cuius Leodini malitiose castrū occupauerat, dis-  
 simulauit. Quare is apud Francorū regem quā  
 relam deponens, Mercatores Dionenses atq; Le-  
 odios, in Gallijs detineri procurauit. Quam ne-  
 gligentiam in Antistitem regerentes, vt cumq;  
 de eo loco cuti sunt: & magna plerumq; licētia, in

illius mores atq; ætatem debacchari assueuerunt  
Porro terremotus validissimus tertio Calendas **Terremo**  
Iunias, Leodiū conturbauit: & impetu suo emi tus.  
nentiora loca contudie, qui argumēto postea fu-  
it, dissidē instantis. Nam Antistes quum abesse  
mallet, q; se penitus in patriam deuoluere: audi-  
torium caesarum (quod spiritualem curiam vo-  
cant) in ciuitate Deistensi constitui: ibiq; officia **Curia in**  
**les** atq; scribas ordinās, hoc modo Leodos gra Diest trās  
uiter offendit. Accessit aliud quiddā, quod plu- ponitur  
rimos male habebat. Nam Magnatē Henricum  
a Parvvis, intimūn sibi delegerat, quo autore  
Driapolim cum arce expugnauerat. Quę ciuita Maeſeick  
tula sola supererat, in toto territorio, metu plus expugna-  
q; ex animo, Episcopo consentiens, quum cete tur.  
re omnes contumaciam portendissent. Sed inde  
ingens incendium oriri perpendens, curiam rur-  
sus in Leodiū translulit, & conuentū procerum  
in Caster Betasiorū conuocato, pacatis rebus, se  
quoq; in Leodium recepit. Qua tempestate, pri-  
die Calendas Februarias, aliquot perditissimi ne-  
bulones intempesta nocte visetum per mēnia **Visetum**  
conscendentes, plurimos in stratis scinno sepul-  
tos extinxerunt: aut ædibus spoliatis ad possem  
alligauerunt. Domicilia magistratum, atq; ca-  
nonicorum passim incenderunt: & plateas hinc  
inde contaminātes profuso sanguine asperserūt

L ñ

Cup facinoris sumo diluculo ad Antistite fama  
peruolante, quū ciues ad arma capescenda accin-  
gerentur, armatus medius equitabat, & cuneis  
se magno periculo immiscens: arrogantia appara-  
tu suspicionem ingessit, ut illum magna pars, fa-  
cti consciū affirmaret, & alīs cōsultatibus, mul-  
ti excusarent. Ipse met vero de se iureiurando fi-  
dem faciens: animaduersione & supplicio nocē-  
tissimorū hominum, innocentia suam protexit  
Mense Februario tanta aquarū inundatio totos  
octo dies e Mosa superfluxit, quantā Leodij fa-  
ctam nulla hominū retinebat memoria. Ciuib⁹  
ergo familiarior factus, multa tranquillitate de-  
gebat; donec questionē fieri contingeret de ma-

**Inūdatio  
aquarum  
apud Le<sup>n</sup>  
odium**

**Antistes  
in Gelriū  
conflat ex  
ercitum**

*Amor posse  
autem fructus  
ut etiam sicutur  
dico ab a quo  
substantia quae est  
arca fides ut  
anulis suis sub  
arcat mī. Inf*

Kingd<sup>m</sup> v<sup>g</sup> vi  
v<sup>g</sup> d<sup>r</sup> i. q<sup>o</sup> f-  
t<sup>g</sup> t<sup>g</sup> v<sup>g</sup> p<sup>o</sup> r<sup>o</sup>  
r<sup>o</sup> v<sup>g</sup> v<sup>g</sup> v<sup>g</sup>

Mense Februario tanta aquarū inundatio totos  
octo dies e Mosa superfluxit, quantā Leodī fai-  
ctam nulla hominū retinebat memoria. Ciuib⁹  
ergo familiarior factus, multa tranquillitate de-  
gebat; donec questionē fieri contingeret de ma-  
gnate Reynardo de Steenvorst, & Zichemio  
equite aurato, quem Gelrorū dux subarrauerat  
Vnde anno salutis Millesimo trecentesimo no-  
nagesimo septimo, quartodecimo calendas octo-  
bres, Gelrorum duci atq; complicibus bellū in-  
dixit: & Leodi⁹ constipatus, in agros excurrēs  
pagū Echt & finitimos ab horne, vscq; Ruremū  
dā populatus est. Demū die decima receptui ca-  
nens Leodi⁹ remeauit. Sed Gelrū dolo inse-  
quutus, vscq; ad pontem de Mersen, quum lente  
incedētes opprimere speraret: Ioannes Coquus  
ciuiū præfектus, pontē exoccupans, antesigna-  
num equo insidentē, in ripam demersit taliq; au-

dacia cæteros pereulit. Deinde Brabantis visum Brabatus  
est Magnates Leodiorū in ciuitatē Delfensem cū Leodi-  
accerſire; quatenus in uicem coniurantes, bellū is cōiurat  
aduersus Gelros fusciperent; & mutuo condicē in Gelrū  
res, adueniente ænate Ruremundā pariter obſi-  
dione vallarēt, vnde Ducē modis omnibus sup Portento  
plicem: ante tres hebdomadas Brabanto se obli- ſe niues  
gare coegerunt. Tametsi rursus duo portenta  
processu temporū Leodios deterruerint, quar-  
to siquidem Calendas Februarias, ingens niuiū  
densitas, e celo decidit, vt per territorium Leodi-  
nū nemo eques aut pedes comittere iter posset: Cometa  
Deinde anno alio, Cometes septimo Calendas  
Martias, ad quartūdecimum Calendas Apriles  
apparuit, quē significasse tradunt populi ab An-  
tistite defectionē. Leodipi nāq; decimo septimo  
Calendas Octobres, Trudonensib; patrocinan-  
tes, q; pro re nihili toties ad palatiū annulū voca-  
rentur, & inter verba Antistitem acrius increpā-  
tes: illū protinus equum concendere, & Hoñū  
oppetere compulerunt. Quo aduocatis aliarum  
ciuitatū magistratib; dū soli velut despicabi-  
les haberi se arbitrarentur, manifeste iniuriæ ar-  
gumentum assumpsere, & diu inter se consultā-  
tes, quo iure quaq; iniuria in prophanū Antisti-  
tē, lubricitatē suā expuerent, vſq; adeo, vt eti-  
am laudē h̄ mererentur & singulare vocabulū,

L iii

hydrotiorū: qui maxime maledicendo valerent  
**Hydrothj** Qui iniquo consilio atq; seditionibus omnia mi-  
 scentes, non modo abominanda pronuntiabāt;  
 sed & de altero substituendo solliciti fuerāt. Mā  
 burnū quippe decernentes, quum id Canonicis  
 adprime displiceret, eos e ciuitate abigebant, &  
 officiales in turrim præcipitabant, Prouentusq;  
 sacros stomacho assumpto prophanabant. Quę  
 curia refe- Antistes aliq; diu dissimulās, quum remedium  
 catur. nullum adhibere posset, curiam bifarie partitus  
 est, vt Galli Hoñum, Theutonici Traiectū cau-  
 sas suas deferrent, curiamq; h̄s locis agnosceret.  
 Fuit h̄c res multo maioris odij seminarium, &  
 iam magnæ autoritatis hydrotios effecerat, qui  
 publicitus etiam admissi, artificio suo ad se ple-  
 beculam attraxerunt, & de Mamburno inslitu-  
 endo, diem ordinauerunt. Cumq; hac de causa,  
 quarto Idus Iulias, in Palatio conuenissent, Ma-  
 gnatem Henricum a parevvis deligerunt, & ca-  
 nonicis in consistorio congregatis, quū violēter  
 illuc irrupissent, toto die ac nocte, sanxnis atque  
 minis eos affidentes, sigillū collegij extorquere  
 conati sunt. Porro dominis tergiuersantibus: dū  
 compositionem rei magis consulerent: summo  
 solēniq; apparatu Traiectū adierunt, & causam  
 sedecim viris magnatibus pertrestandam com-  
 miserunt. Quorum octo Antistitis partes, octo

Sanxnis

reipublice, discrimen libabant: & post aliquot  
dies in Tungri decidebat. Quæ pax prouerbio Causa se-  
etiam celebrata est, ut appellaretur pax sedecim decim vi-  
virorum, qui fere ad nostrā ætatem in perplexis ris cōmito-  
causis totidem adhibentur. Enim uero hic ele<sup>l</sup>titur.  
gans meorum municipum facinus occurrit, qui  
nequaquam post tam laudabilem pacis tractatū  
de antistite contenti, suæ insipientiæ vestigia re Trudonē  
liquerunt. Nam anno salutis millesimo quadrin siū conat⁹  
gentesimo quarto, dum pridie Calendas Nouē 144.  
bres in oppido Trudonensi Antistes pernocta-  
ret, ciues mutuum se cohortantes, inq<sup>z</sup> monaste-  
riū irrumpentes, eum cum familia extinguaere co-  
gitabant. Sed insolenter adeo exilientes, fragro-  
re atq<sup>z</sup> clamoribus, omnem late viciniam excita-  
bant, vt antistes cū paucis viriliter occurrēs, om-  
nes in fugam ageret, & plurimos captiuaret, hu-  
ius factionis primarios fuisse tradūnt, Gerulfisæ  
decoctores, & tabernarios: qui Chisiam nuper  
decreto Pontificis institutam, approbatamq<sup>z</sup>, le-  
gislatore adempto, redimere sperauerunt. Post  
quæ in Gallias cōcessit & causas Ducis Burgun-  
diæ, atq<sup>z</sup> Aurelianensis cōposuit, reuersusq<sup>z</sup> no-  
uis repente rumoribus perturbatus, decimo se-  
ptimo Calendas Iulij, a Leodio abscessit. Por Curia in  
ro irrequisitis Magistratibus, Curiam, atq<sup>z</sup> Pa. Traiecto  
triæ Sigillū in Traiecto transponens, rursus facē trāsfertur

L iiii

Vincentio dicitur quod non alii natus Vincentius auctoritate condonatur. No  
lunig. dec. 176

76

Alter efs  
eligitur

1 quare

pene sopitam, resuscitauit: multoq; q; ante erat,  
vberiorem fecit, vt iā non modo Leodinorum,  
sed omniū magistratus territorij, ciuitatūq; sug  
gestione, dies alterū Episcopum decernendi in  
diceretur. Quo sua freti autoritate Magnatē Hē  
ricū a parevvis Māburnum, huiuscq; filiū Theo  
doricū Antistitem elegerunt: cui facto sigillū ci  
uitatis maius, & omniū aliarum ciuitatū robur  
appenderunt. Deniq; Canonicos vrgere cępe  
runt, ne hac in re aduersarentur magistratibus,  
sed nullo modo morigeros experti, voce preco  
nis, omnes qui non assentirēt, ante occasum so  
lis, ciuitatem egredi iusserunt. Qui omnes, uno  
excepto, cui nomē erat Gulielmus de rupe, spō  
te decedentes, subscribere detrectauerunt: quo  
rū loco nouus Antistes alios statim suffecit, vi  
cissitudine interim regū facta, Trudonensibus  
Antistes gratus fuit; quareq; quum ei impense fa  
Opidū di uerent, Leodini, Hoñani, Dionenses & Tunga  
ui Trudo ri pridie Calendas Nouembres usq; ad quartum  
nis obside Idus eiusdem Mensis, opidū obsiderunt, donec  
sunt Mamburno ciues se dederent, nouumq; Antio  
stitem acceptarent. Quo mense & Bullonēse ca  
strū n̄isdem conditionibus, occupatū est, & vbi  
q; pro Mamburno concertatū, maxime: quia la  
cobus Badus in causa confirmandi Theodori  
cū Auinioniam versus, vbi Pōt. Max. residebat

profectus fuerat, & impellētibus magistratibus;  
omnes pedibus in sententiam ire Mamburni cō  
pellerentur. Qui inconsulte reditū per Gallias tē  
rans, in Franciā detentus est: & vix multis Mam  
burni atq; ducis Aurelianensis epistolis, e capti  
uitate emissus. Cuius in ciuitate reditus inauspi  
catæ prouenit. Nā anno Millesimo quadringen  
tesimo septimo, vndecimo Calendas Apriles,  
fores pulsante Pascale, aliorū collegiorū canonī  
ci, atq; Ecclesiā parrochi in palatiū conuocati  
sunt: vt Theodoro in Ep̄m confirmato, obedī  
entiam præstarent, & pariter crisma sub illi⁹ no  
mine acceptarent. Porro hærentibus cūctis; quū  
in multā noctem in palatio detinerentur, tādem  
nolentes volentes, si vitæ suę contulerēt, debitā  
fidelitatē promiserūt. Qua in re quum facile ob  
ligationes consyderari possent, mane subducen  
tibus se q̄ plurimis, alii qui remāserāt, capti sunt Illustres  
E quibus equites duos, nobilissimos atq; prudē Equites  
tissimos Ioannē ab Horion & Gulielmū hui⁹ fi Ioānes ab  
lium, sexto Calendas Iulias, spectaculo in forū Horionet  
apparato, quum nihil cōmeruissent, capite ple huius fili  
eti, deinde Nicolaū Tectorem, Ioānē coeuare us Guliel  
miū, & Ioannem de. s. Martino, dominorū ab mus in fo  
Horion familiares, simili crudelitate vitā finire, 10 capite  
Māburnus iussit. Quorū quum apud omnes in truncati  
nocentia constaret, & opploraretur mors irro, sunt

gata, optimis quibusq; fuga salutem meditanti  
 bus, ensis quo sanguis effusus erat, familiæ ab  
 Horion, posteritati seruandus, traditus est, & eti  
 amnum apud prouectiorem eius stemmatis, tā  
 rę fidei pro Episcopo obitę, testis est. Accessit ad  
 enormitatē hanc quod Canonici qui decesserāt,  
 iam quasi trans fugæ reputabantur, & constitu  
 to precio viginti coronatorum, qui quęq; eorum  
 viuum, mortuum ve deferrent, tyrannidē pla  
 ne exercebant. Eratq; summe odiosum, Antisti  
 tem in Traiecto conseruari, quam ob rem octa  
 uo Calendas Decembres, ciuitatem obsidere ag  
 gressi, Hoñanos, Tungaros, atq; Hassellenses al  
 fistere voluerunt, & multa adeo moliti, quū nō  
 succederet, ad septimum Idus Ianuarias, aspera  
 eos hyeme affligente, ad propria remearūt. Ce  
 terum obsidionem rursus obeuntes, pridie Ca  
 lendas Iunias, sedecim hebdomadibus, Ciuitatē  
 Comesba afflixerunt tantisper, dum Gulielmus Bauarus  
 rensis sup Antistitis frater & Ioannes dux Brabantiae, Co  
 petias fert mesq; Flādriæ, eius sororius, deniq; Comes Na  
 murensis, & Franciæ atq; Burgundiæ Magna  
 tes plurimi, singuli missis ad Māburnū nuncijs  
 / incursio minarentur. Quandoquidē Bauar⁹ Tu  
 vvinum vlc⁹ copiæ producens, pagos atq; Colo  
 nias cōcremabat, & ditionū aliarū militibus am  
 bitiose constipatus, ad Traiectū, infringendę ob

**Traiectū**  
**obsidetur**

*in missione*  
**Tropurib**

fitionis causa properabat. Quo rūmore in exer-  
citū diffuso. Māburnus nequaq; se cōparāsyt cre-  
deret cōfilio habito, obsfionem amouit, seq; in  
Leodiū recepit. Quo quū Hoyanorū, cæterarū  
q; ciuitatū legiones non applicuissent, sed domū  
cōmigrassent, nono Calendas octobres, hydro-  
tū cōuenerunt, & Dionenses multa iactātia con-  
fluxerūt, animūq; Māburno addiderūt, vt proti-  
nus in foro edictū promulgaret, vt postridie illi⁹  
diei omnes ad vnū, tā Equites q; Pedites, obuiā  
hostibus procederēt. Nā in Has baniā Bauari ca-  
stra atq; principū Brabātiæ descéderant, ex quo  
periculū sibi imminere prospiciebāt, quū potio-  
ra si expectarēt subsidia aduenire, & vt fit, exerci-  
tū cotidiana accessione in immēsu m ex crescere  
cōtenderēt, quare Māburnus aliquo precipitati⁹  
q; oportebat in Has baniā aduolauit, quo se operi-  
entibus agminib⁹, qui nocte Iecorā fluuiū transi-  
uerūt, nō lōge positis castris, aliquo diu quieti man-  
serūt. Hic Māburno prius hostes iuxta desyderi Prēliū Mā-  
um intueri datū est, qui fortiter irruens, lanceis burni cū  
atq; sagittis, quib⁹ aduersarij instructissimi adue Bauaro-  
nerant, suę temeritatis pœnas luit, scelerūm q; au-  
toribus subito occisis, confectoq; Henrico a Pa-  
revvis & Theodorico huius filio, reliquos in fu-  
gam verterūt, quos in castris in qua fugerūt ad  
vnū omnes occiderūt. Habita igitur victoria in

Edictum  
Māburni.

pago quæ Eicht dicitur, & præda letiores facti;  
rursus mane ad iter se accinxerunt, & vexillifer  
ante exercitū præcedens ad montē quendā per-  
uenit, deinde consilio maiorum persuasi ne illic  
sublisterent, ad vltiora illo die contenderunt.  
**Porro** Tungari malis auibus belli euentum in-  
telligentes, quum Mamburgii victorē audiuis-  
sent, portas atq; mœnia egressi, quū omnes fere  
pedestres essent, terga vertentes, fugiendo pro-

**Tungari  
prostrati  
sunt dum  
fugerent.**

**Victoria  
Traiectē  
sibus de  
nuntiata.**

**Legati Le  
odiorum:**

strati sunt. Quæ insperata victoria, vespere ad  
Antistitem in Traiecto delata, omniū animos  
instaurauit: & summo noctis conticinio foris ad  
triumphatores progressi, quū Antistes magnifi-  
ce gratias egisset, vicissim se totum imp̄surum  
causis principū spospōdit. Iam aliud quoq; gau-  
diū Leodīs euenit. Nam plurimi tot cedū atq;  
seditionū pertēsi, vexillū quoddam peruetustū  
assumpserunt, quorū vel pr̄cipui fuere Ioānes  
dīs Rochefort & Dagimont, Ioannes Saraing  
Equites, & ciues primi nominis, qui se malorū  
expertes vocabant. Qui collegia omnia perre-  
stantes, Canonicos ab Theodorico institutos,  
& hydrotios quosq; in publicam custodiam ab-  
duxerunt, & salubri consilio religiosos viros de-  
putauerunt, qui victores oratione permouerēt,  
ne in patriā & ciuitatē debacharentur, quinimo  
reipublicę (quæ magna ex parte nihil tale cōme

# tita erat) atq; patriæ p̄cerent, eamq; beneficio  
sibi demererentur. Quod principibus humanis  
fime annuentibus, literas eis dederunt: quib⁹ in Conditiō  
scriptū fuit, vt ecclesiastici atq; ciues singulibini nes pacis  
obuiam Antistiti in cāpis procederet, eoq; con- ciuim⁹  
specto, genu in terrā subnixo veniam precaren-  
tur, exoluendisq; militibus multam penderet,  
quam Brabantiae dux viuavoce constitueret. In Jacobus  
terea in Traiecto Jacobus Bad⁹, in quattuor par Badus  
tes defectus est, & sua morte emulandi materiā,  
Leodīs subministravit. Vnde in campo dicto, Spectacu  
(campe le Braes) quo ex condicto ciues Antistiti lum capi  
temp̄ p̄stolabātur, captiui omnes, in vehiculis uorum  
aduecti, Magnates duo, dīs ab Agimont, & do  
minus a Saraiing cum nonnullis alīs capite trun-  
cati sunt, et apparitore posite Ioanne de Ieu mōe  
equite aurato, canonici ac faderotes, viri ac mu-  
lieres e ponte in Mosam præcipitati sunt. Neq;  
hac in re quicq; cessatum est, donec in omnibus  
passim ciuitatibus, seorsum autē in oppido Tru-  
donensi (quo plerūq; partium vigor inter nobī  
les ac mediocres regnat) animaduersū est, adeo  
ut sequenti anno, mēse Septēbri in oppido Herc  
kēsi Hydroth̄ nominis septuaginta duo viri po-  
fugi, in rotā sublimati fuerunt, quorum primus  
cerius Ioannes de Spans Leodium deductus, in  
quattuor partes defectus est, & alij octodecim,

Herc.

capitali sentētia vitam expleuerint. Sicq; obsidi-  
 bus datis quingentis viris qui annis quattuor in  
 diuersis locis detenti sunt, & vexillis quibus in  
 signia Theodorici prominebant, in foro exustis:  
aditionibus Leodiēsi atq; Lossensi, summa du-  
 centorū & viginti miliū coronatorū exoluta est  
 cui comparandæ, chisiæ solito valentiores indi-  
 etæ sunt, mensibus viginti & diebus sex. Mense  
 autem Februario Mosa apud Leodium sic iterū  
 excreuit, ut in aditu tēpli, quod gradibus immi-  
 net, aquæ perstarent, pontemq; lapideū atq; edi-  
 ficia multa absorberēt. Præterea rebus vtcūq; flo-  
 rentibus & Sigismūdo rege Hūgarię Aquisgra-  
 ni in Romanorum regem coronato, anno salu-  
 tis Millesimo quadringentesimo quartodecimo  
 anno subsequenti pridie natalis Christiani, post  
 cantatas vesperas Leodium aduenit, & accito an-  
 tistite, quum ad audiendum diuinum officium  
 Christiano affectu aspiraret, horæ iterum recan-  
 tatæ sunt, & ille ad Antistitis latus decumbens,  
 multa deuotione, eius diei beneficium agnouit.  
 Quo anno quum Gulielmus Bauarus obñsset,  
 Hollandiā Antistes oppetit, & Dordraci in do-  
 minum temporalem admissus, mense nouem-  
 bri opidum Gorconicum auxilio Gelrorum ob-  
 tinuit. Insuper anno sequenti mense Maio, ad cō-  
 cilium Cōstanciense missus oratoribus, admini-

strationem quam annis viginti octo possederat,  
pontifici ibi eligendo, distribuendam commisit  
A quo cū Hypodiaconus esset, ordinis dispensa-  
tionē implorans, Cōmatri suę, ducissę Lutzem  
burgensi, relictę Antonij quondā ducis Braban-  
tiæ, matrimonio sociatus est, & post se successio-  
ue duos vidit Antistites. Quē nonnulli veneno  
perīsse, pleriqꝫ vero a deo plagatum subitanea  
morte afferunt, quod tō mortibus vendicatum  
Pontificium, tā subita atqꝫ vili occasione omise-  
rit. Obiit anno salutis. i 424. Nonis Ianuarij, se-  
pultus in Haga Comitis, in cœnobio fratrū insti-  
tuti prædicatorij. Floruit sub scismate ecclesiarū  
Imperantibus Ladislao & Sigismundo. Quo de-  
ficiente, patriæ Interrex dominus Euerhardus a  
Marca, institutus est

Gr̄ ip̄s̄ l̄ V̄ḡ  
a Bauaro d̄  
nt ḡmatiū  
V̄c̄

575

111

**Q**uinquasimus primus Antistes  
**I**oānes a Valderoda Archiepiscop⁹ Rugeñ  
& utriuscqꝫ iuris doctor, Consiantiæ a Marti-  
no quinto Pont. Max. Bauaro suffectus, splē-  
dido equitatu Leodium ingressus est anno salu-  
tis millesimo quadringentesimo. i8. Qui ci-  
uium immunitates, quæ sub Bauaro intercede-  
rant, vltro Leodīs condonans, veri in omnibus  
pastoris officiū exercuit, solitarius s̄pē numero  
hymnos ac psalmos canere solitus, mēte pariter  
modulat⁹ magno i solatio lacrymas liqbat. Deiū

1418.

quicqđ hodie Antistites suffraganeis suis agit  
id omne per se efficere malebat. Vnde & ppha  
na munera (quæ scabinatus & præfecturas pa-  
gorum vocant) non precio, at merito distribue-  
bat, vt senatū Leodinū dum sub se vacaret, dele-  
cto viro optimo, gratis conferret, iustitiæq; semi-  
per memorem esse admoneret, adeo ut hac par-  
te omnibus qui eum præcesserant longe præpo-  
nendus esset. Fama tenet eundē, quum forensi-

Vide ve-  
rum Epi-  
factum

*ad d. ap. v. 1*  
*de gen. et bi.*  
*ad ep. que stet.*  
*ad d. ap. v. 1*  
*opp. d. ap. v. 1*

bus præsideret, & vidua cūm Equestris ordinis  
viro contenderet, cui opibus inferior erat, aper-  
tis verbis coram redarguisse, oportere magnatē  
præsidio esse, non oppressionē meditari pupillo-  
rū ac viduarum, quā sententiā plærūq; (nobiles  
compellans) in ore velut oraculū gestabat, & no-  
bilitatis suæ vnūque incq; feneratorem fieri beni-  
ficiencia cohortabatur. Quæ salubria atq; frugi-  
fera multo amore adhibens, in eos incidit, q; nec  
vitia sua, nec remedia pati potuerunt: quinimo  
commixta potionē venenis ei mortem intenta-  
uerunt. Obiit in pago Alkeni administrationis  
suæ mense decimo, tertio Calendas Iunias. Flo-  
ruit sub apostolo Martino quinto. Imperante Sigis-  
mundo, Edificatum est Monasteriū regulissarū  
quæ se Canonicas appellant, in suburbio diui tru-  
donis, & in patriæ interregem. D. Euerardus ma-  
gnis semper habitus, secundo electus est.

58.

prospera sed pulchra antinomia quibus sanctis hystoriam agit  
Sylva et sylvulaq; vocem, orationemque publicam syringat p; Veneris  
corporis oblatione ut responsu p; scilicet

LII. Antistes

**I**oannes filius Ioannis dñi ab Hynsberch, &  
Levvenburch Archidiaconus campinię, for  
ma integra, & etate viginti triū annorū, debi  
tis suffragijs electus anno salutis, quadringentesi 1418.  
mo decimo octauo, decimo sexto Calēdas lunī  
as, & Florentię a Martino quinto confirmatus,  
spectaculis atq; proscenij publice institutis, ge  
nitoris sui atq; Ducis Cliuię, magnatūq; comi  
tis stipatus, quarto Idus septembres Leodium  
subiect, & curiosis, de se liberalitatis opinionem  
objiciens Sirenen ante palatium constituit, quæ  
triduo e mamillis velut lac stillabat, hac proma  
nante vino rubeo, illac candido. Qui mense De  
cembri sacerdotio accepto, sequenti anno ad me  
diū quadragesimā per suffraganeos atq; abba  
tes, Leodij in Episcopū consecratus est. Præter  
ea anno delapso, aduentante Branda Cardinale  
Placentino, mense Iunio, quasi nobilitatis aucti  
candidatus, cū Magnatibus territorij aduersus  
Bohemos, cruce signatus est, & cū Archiepisco  
po Colonensi, imperiūq; electoribus eo conten  
dit, hæreticisq; in perfidia perseverantibus, no  
biliū suorū redux expectatissimus aduenit. De  
inde anno salutis Millesimo quadringentesimo  
